



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Titulus VI. De Electione & Electi Potestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](#)

istius tenetur ad dispensationem in votis, in matrimonii Ordinumve impedimentis &c. quando ea ex iusta, præferentia necessitatis aut utilitatis publicæ, causa postularur, ut rectè obseruat Laiman Q. Canon. c. 9. q. 8. Unde, si ejusmodi postulatio à superiori, Papâ inferiore, reiueretur, postulantes, et si actio-

nem propriè dictam non habeant, officium tamen superioria implorare & petere possunt, ut recusantem ad postulationis admissionem compellat, arg. c. Nullus 17. de Jure Patronat. Glosa in c. Bona 3. V. Gratia Panormit, ibid. n. 15. & Laiman n. 7.



TITVLVS VI.

De Electione & Electi Potestate.

POstulatio Extraordinaria: Ordinaria autem magisque favorabilis & Germania nostra Ecclesiæ frequentissimò usitata ad Praelaturas Ecclesiasticas via est Electio: cujus Natura Formaque & electi Potestas præsenti Rubrica subiectis Constitutionibus Apostolicis latè declaratur.

ARTICULUS I.

De Electionis Natura.

SUMMARIUM.

1. *Electionis varia significatio,*
2. *Et propriè accepta definitio.*
3. *Eà per sona Jure idonea,*
4. *Ad Praelaturas Pastorales vocantur:*
5. *Ad quas acceptata jus ad rem trahit electo.*
6. *Electionis differentia à libera Colatione:*
7. *A Nominatione in tractatu Elecciónis,*

8. *Et extra hunc facta:*
9. *A Præsentatione,*
10. *Et Postulatione.*
11. *Electio & Vox, alia Activa, alia Passiva est.*
12. *Prævaricatio Vocis in Capitulo in di- blio de Activa est exaudienda.*

Electionis nomen in Jure non est dem semper, sed variè magisque aut minus latè patenter habet significationem: & aliquando quidem quamcumque ab eis personæ, v.g. electoris, compromissarii, vel arbitrii. c. In causis 30. hac Rubric. &c. Cim- pialis 61. de Appellat. imò etiam unius vel ex pluribus delectum denotat, Rubr. & text. ff. de Optione vel electi. leg. & leg. In alternativis 70. in 6. Ad personas etiam, earumque ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas votationem, restrictum Electionis nomen trahiam: & primò quidem latissime sumitur pro quacumque ad illa vacancia votatione, approbatione & assumptione: & significatione sua non solum Electionem

proprie-

propriè dictam istiusque affinem & succedaneam Postulationem, sed Præsentationem quoque, Nominationem & ipsam Collationem liberam comprehendit; sic enim *c. Querelam 24.* presbyterum ad Ecclesiam elegisse dicitur populus, *Qui in quasi possessione juris presentandi clericum existebat;* si electione præviâ aliquorum eligendorum nominatio electio vocatur *c.* *Quod sicut 28. pr. & c. Cùm Ecclesia 31.* Episcopus elegisse perhibetur canonicos, qui in Ecclesia instituti collatione libera fuerunt. Secundo, latè accipitur pro sola quidem persona idonea, sed ad quamcunque dignitatem vel beneficium Ecclesiasticum vocatione facta per collegii suffragia & superioris legitimis confirmationem: quô modô *c. Dindum 22.* electio celebrata dicitur ad Præposituram Ecclesiæ Colocensis vacantem: & hodie quoque in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis ad Præposituras, Decanatus, Officia &c. celebrari solent electiones, quæ ab Episcopis confirmantur, Hoftiens. in *Summa & Laiman ad Rubr. bīc uterque n. 1.* Tertio demum, strictè & propriè Electionis nomine denotatur persona de Jure idonea ad prælaturam seu dignitatem Pastoralem, in Ecclesia vacantem vocatione, per suffragia facta & confirmatione perficienda à superiore: quâ secutâ electus efficitur Ecclesiæ caput & sponsus: quô modô sumitur Rubrica præsente & plerisque textibus ei subjectis.

2. Postremo hòc modô & strictè dicta electio est persona idonea ad Ecclesia vacantis dignitatem Pastoralem per suffragia Capitularium & aliorum, qui ius habent, vocatione canonice facta, & legitimis superioris autoritate confirmanda, *Glossa in c. Unic. V. Vera de Postulat. præl. in 6. Hoftiens. cit. n. 1. cit. Laiman n. 2. Vallens. de Benefic. Lib. 1. tit. 3. n. 5. & c.*

Pirrhing ad hanc Rubr. n. 2. quæ ad vacante prælaturâ vocatio canonica dicitur, si facta sit secundum sacrorum Canonum præscriptum, eique nec defectus personarum eligentium aut ipsius electi, nec defectus forme aut aliud vitium valeat opponi: & contrâ, si ei hujusmodi defectus aliquis opponi valeat, non Canonica usu communi, & minùs Canonica vocatione à Nicolao V. Constitutione, quæ incipit *Ad Sacram S. Item placet,* super Germaniæ Concordatis editâ Calend. Aprilis 1447. Unde

Patet primò, per Electionis Ordinariam viam vocari ad prælaturam non posse personam, quæ non solum Naturalis aut Divini, sed Ecclesiastici etiam Juris, sive hoc introductò & prælaturæ assecutioni obstante impedimentò laborat; quôd talis Jure idonea non sit, ut dictum ad Rubr. preced. à n. 6.

Patet secundò, eidem locum tantum esse ad Ecclesiam Secularem vel Regularium vacantes & viduaram suo Pastore, qui cum ordinaria & generali, scilicet Episcopali vel quasi Episcopali jurisdictione toti Ecclesiæ præf: ut sunt non solum Episcopi, & his superiores Ordinis Episcopalis prælati: sed etiam Abbates, Præpositi, Priors Conventuales itaque similes permulti Regularium Superiores, & nonnulli etiam Præpositi seculares, *Glossa in c. Quia propter 42. V. Ecclesiæ viduatis, Tholosan. de Elec. cap. 4. n. 2.* quantumvis enim Episcopalis Ordinis prælati Ecclesiarum suarum Sponsi magis propriè sint; propter vinculum Matrimonii Spiritualis, inter ipsos & Ecclesiæ suas intercedentis, *c. Inter corporalia 2. pr. & c. Licet 4. pr. de Translat. Episc. id tamen aliis quoque Regularium, & nonnullarum secularum Ecclesiarum prælatis, Ordinariam generalem & quasi Episcopalem jurisdictionem ob-*

Gg

nem ob-

nem obtinentibus accommodatur; quod
etiam illorum obitu, renuntiatione,
privatione hujusmodi Ecclesiæ viduari
intelligantur, Sylvester V. *Electio 2. n.
2. & 3. & Azor p. 2. Inst. Lib. 6. cap. 14. q. 2.*
Alia ratio est dignitatum, personatum
& beneficiorum inferiorum; cum enim
tales ejusmodi jurisdictionem ordinariam
in Ecclesiis suis non obtineant, eorum
que obitu Ecclesiæ pastore suo non vi-
duentur, eorum dignitates & beneficia
Electiva proprie non cententur, licet
personis idoneis prævia electione soleant
conferri, *Gloss. cit. & in c. Sicut 21. V.
Forma citt. Sylvester n. 3. Azor q. 5. &
Pirrhing n. 1.*

5. Patet tertio, per electionem, commun-
bus capituli suffragiis celebratam, eq; ac
cedentem acceptationem electi huic non in
re, sed ad rem duntaxat sive prælaturam
petendi jus acquiri; cum ei necessaria sit
superioris confirmatio, quâ jus illud ro-
boretur, jusque in re & prælaturæ quasi
dominium acquiratur, *Ant. de Butrio in
c. In nostra 32. de Rescript. à n. 25. & cit.
Laiman n. 4.* Unde non solum ante elec-
tionis confirmationem beneficia ante ob-
tentia non vacant & prælaturæ, ad quam
electio celebrata & acceptata est, admis-
tratio suscipi nequit, *c. Qualiter 17. &
c. Avaritia 5. in 6.* sed huic etiam vel
potius juri ad rem, per electionis ac-
ceptationem acquisto, liberè & superio-
ris consensu non requisito, renuntiare
electus potest, *arg. c. Ad audientiam 31.
de Rescript. Glossa in c. Si electio 26. V.
Renuntiat. in 6. & si ante confirmationem
decedat, prælatura non per ipsius,
sed per prælati ante ipsum defuncti obi-
tum vacabit, Selui p. 3. de Benef. q. 1. n. 6.
& Laiman cit. n. 4.*

6. Patent quartò perquam luculentæ
differentia, qua inter Electionem ex
una, & Collationem seu Provisionem

liberam, Nominationem, Præsentationem,
atque ipsam etiam Postulationem ex altera
parte, intercedunt. Differt itaque Elecio

Primo à libera Collatione seu Pro-
visione; cum enim ista quædam donatio
sit, *c. Quia diversitatem 5. de Concess.
Prabend. & c. Consultationibus 4. de Da-
nat.* sicut per donationis acceptationem
jus in re & dominium rei donata, *i. ab-
senti 10. ff. de Donat.* ubi Bruneman, n.
2, sic per libera collationis beneficii ab
Episcopo factæ, & per provisionis Apo-
stolicæ de Prælatura acceptationem jus
in re & quasi dominium beneficii vel præ-
laturæ acquiritur collatario & proviso, *c.
Si tibi absenti 17. de Preb. & dignit. &c.
fin. de Concess. prab. utrobique in 6. Fra-
n. in c. Si tibi cit. n. 3. Gonzalez ad Reg. &
gloss. 15. §. 1. n. 15. & 33. & Garcias p.
4. de Benef. cap. 2. n. 1.* Per suæ autem
electionis acceptationem, iuxta ante di-
cta, ad rem tantum, sive confirmationem
electionis & prælaturam à superiori
petendi jus acquiritur electo: atque si
circo, licet iste prælaturæ, sive ad hoc
quæsito juri, renuntiare liberè valeret,
*c. Si electio 26. junctâ Glossâ V. Renuntiat.
in 6. per collationem tamen proflus de-
gnitate vel beneficio cedere per renun-
tiationem non valet sine consensu superio-
ris, eam admittentis, *c. Admonet 4. &
Renuntiat. ubi Glossa V. Inconsula Po-
nuntur. n. 2. & Fagnanus n. 3.**

Secundò à Nominatione, quo-
docunque factâ. Quatuor enim esse
sunt species: quarum primâ in traditi
Capitulari, Scrutinium & electione
præcedente, duo træsve tanquam ad præ-
latura administrationem idonei & pa-
lii digni proponuntur: à qua Nomina-
tione Electio èd differt; quod ista de re
tantum sit, jusque ad rem tribuat electio
Nominatione verò proponantur plu-
& horum nulli jus acquiratur, *t. Quod
scilicet*

sicut 28. cuius pr. verba sunt, *Cum ex prima electione, que facta est de tribus & dicenda videatur portius nominatio, nihil juris acquisitionis fuerit nominato: & propterea talis nominatio non impediat, quod minus electores suffragia sua in alium non nominatum conferre, eumque eligere possint, Glossa in can. Quicunque 10. V. Relatio dist. 63. Panormit. in c. Quod sicut cit. n. 1. & Laiman in Rubr. n. 5.*

Alterā in ipso electionis scrutinio singulorum eligentium suffragia & consensus in personam eligendā secretō exprimuntur: quae nominatio ipsa quoque ad prælaturam jus non tribuit nominato:

cum per ipsam plerumque plures nominentur: & si unus tantum à majori parte & à Capitularibus planè omnibus ita nominetur, ei tamen ad rem, sive ipsam prælaturam, & confirmationem petendi jus non acquiratur ante sequentem electionem communem: cui accedente nominati & electi consensu spirituale matrimonium inter electum & Ecclesiam inchoatur, c. *Cum inter 21. bīc & c. fin. de Translat. Episc. ubi Panormit. n. 4. Mandos. in Cancell. Reg. 32. n. 8. & Zerola Prax. Episc. p. 1. V. Jus ad rem S. 1.*

8. Tertiā Nominatione Papæ vel alteri superiori proponuntur duo vel plures præ alias idonei & meritis excellentes; ut ex iis eligat unum, qui Ecclesia præficiatur: sicut ex speciali privilegio Apostolico in Regno Granatae Regi duos nominari, & ex his unum ab illo designari, testis est Covarr. de Sponsal. p. 2. cap. 3. S. 5. n. 9. Cujusmodi nominatione plus juris nominato non acquiritur, quam uni ex pluribus à patrono laico ad Ecclesiam vel beneficium præsentatis; ac proinde inter eam & electionem illud discriminis intercedit; quod non, ut electio, de uno tantum fiat; & ejusmodi præsentationis instar jus ad rem absol-

tum non tribuat nominato, Glossa in can. Quicunque cit. & Vallensi. cit. tit. 3. n. 7. Quodsi ex privilegio aliōve speciali jure per nominationem superiori unus tantum, ab eo confirmandus aut instituendus, nominetur, nominatio rationem & vim habet præsentationis: cuius vim & effectum etiam habet nominatio, quā unus nominatur vg. Titio, à quo is superiori instituendus præsenteretur; cum tali casu à Titio facta præsentatio præcedentis nominationis executio esse videatur, ut recte ad hanc Rubric.

notat Pirrhing n. 4.

Postremā à prælato vel alio ad Ecclesiam vel beneficium, monasterio vel dignitati suæ per unionem incorporatum, clericis idoneus, ut tanquam Vicarius perpetuus pro cura animarum approbetur, Ordinario diecelano offertur. Quod modò facta nominatio ab electione fere, ut collatio libera, differt; cum per eam non ut per electionem & patrocinii Ecclesiastici præsentationem, ad rem duntaxat, sed in re jus, sive Vicariæ titulus & proprietas, sicut per collationem liberam nominato acquiratur: eamque sequens approbatio sive institutio non Collativa tituli, sed Authorizabilis sit, ut recte observat & Rota decisione firmat Nicolarts Prax. Benef. Tit. 1. dub 7. §. 9.

Tertiò Electio differt à Præsentatione; quia imprimis ista competere etiam laicus potest, can. Pia 26. can. Quicunque 30. Sc. 16. q. 7. c. fin. de Concess. præb. & c. Ex literis 7. de Jure Patronat. electio verò solis clericis, c. Ofiss. 2. c. Sacrosancta 51. c. Messana 56. Sc. Deinde; quia publicata electione jus ad prælaturam saltem remotum acquiritur electo; cum publicatō scrutiniō electio revocationi non obnoxia, sed intima mandata sit electo istiusque consensus requirendus, c. Publicatō 58. ubi Glossa

Gg 2

V. Varia.

V. Variare Laiman n. 1. & Fagnanus n. 36. non etiam per præsentationem ; cùm istâ superiori jam oblata patronus laicus, prius præsentato alium addendò, varia- re queat , c. *Quod autem s. & c. Cùm autem 24. de Jure parv. Ecclesiasticus au- tem saltē, quando jus præsentandi penes capitulum est, & hoc in præsen- tationem vg. Titii capitulariter consenit, ante præsentationē superiori factā, Titiō omisso, alium vg. Caium valeat offerre, Laiman de Elect. prel. q. 14. Demum ; quia electio exigit Confirmationem : præsen- tatio verò Institutionem ; cùm per illam publicatam & acceptatam electio jus ad rem absolutè quæsum sit : non etiam præsentato à patrono Ecclesiastico, ante præsentationem superiori oblatam : Si autem patronus laicus sit, ante ipsam superioris institutionem ; quod ante hanc locū sit variationi , c. *Quod autem & c. Cùm autem cit. Panormit. in c. Au- thoritate 4. de Institut. à n. 6. & cit. Pirhing n. 4.**

I. 10. Quartò eadem differt à Postulatio- ne, partim ; quod ista sit de persona Jure impedita : non etiam electio ; & propter- rea in hanc consentire electus valeat abso- lutè : postulatus autem non nisi sub conditione admissionis, per viam dispen- sationis obtainenda à superiore, Glossa in c. Cupientes 16. §. fin. V. Confusum in 6. & Panormit. in c. fin. de Postul. prel. n. 11. partim verò ; quod postulatio, cùm jus adrem postulato non tribuat , c. Po- stulationem s. Rubr. cit. gratia superio- ris innitatur , Glossa in c. Unic. V. Eligio eadēm Rubr. in 6. electio verò nitatur ju- re ; per ejus canonice factæ acceptatio- nem quærito ad prælaturam ; ut electus hanc & electionis confirmationem pro- posita Actione petere valeat : & si idonens fuerit repertus, rejici sine injuria non pos- sit ; idéoque ipse confirmari, postulatus

verò admitti dicatur , c. Scriptum 40. cit. Pirhing n. 2.

Electio sic declarata , usu tritā & in Jure etiam fundatā partitione , aliā Activa & alia Passiva dicitur à Garcia p. 3. de Benef. cap. 4. n. 15. & Barbosa de Canon. & dignit. cap. 16. n. 18. quarum illa consistit in voce Activa sive jure suffragandi , vel ipsa suffragatione in pro- lati electione : ista verò in capacitate Vo- cis passivæ, sive habilitate personæ non laborantis ullo defectu , de Jure im- pudente , quod minus ad prælaturam per ordinariam electionis viam euchatur. Utraque , tam Activa quam passiva vot & electio non solum in capitulares, sive eos , qui de Ecclesiæ gremio sunt , sed in extraneos quoque cadit. In quos se- tem , à n. 16. q. 1. & n. 18. late discutitur. Hoc loco

Dubium est , de qua Voce exau- dienda sit privatio Vociis in capitulo, sim- pliceret & sine Activa & Passiva me- tione , sive à Jure sive ab homine pro- posita. Ratio dubitandi obvia est ; quid ubi lex ejusque conditor & judex non di- stinguit , neque nos distingui debemus , arg. can. I. ad fin. dis. 19. 3. De pretio & ff. de Publ. in rem aff. & que idcirco privatio illa in dubio de Vo- ce utraque , tam Passiva quam Activa accipienda videatur : sicut , simpliciter proposita lusponse, in dubio clericis spensi tam beneficium quam officium af- fici , arg. Clement. I. & Extravag. Do- vina 4. inter com. de Privileg. defendant Suarez dis. 25. de Censur. §. 2. n. 9. Lin- man Lib. I. tract. 5. p. 3. cap. 1. n. 2. Pala- Traet. 29. dis. 4. p. 1. n. 3. & commo- nis doctrinae aliorum ; quod indefini- ta locutio æquipollat universalis. Glos- sa in c. Ut circa 4. V. Aliorum in 6. To- schus Practic. V. Indefinita concil. §. 1. & Menoch. Consil. 97. n. 154. Veritas

Verum, quia nomine Vox magis proprii Activa, quam Passiva denotatur, ejus privationem, simpliciter & abolutè propositam, in dubio ad Activam non male restringunt Garcias & Barbofa l. ctt. eosque secutus Engel ad hanc Rubr. n. 2. cum; quod ea vocis privatio penalis & odiosas; ac proinde in dubio restringenda sit ad propriam vocis significatum; ut, cum à Jure vel homine imposta est privatio Vocis in Capitulo, Activa solum adempta intelligatur, arg. Reg. Odia 1.5. & Reg. In penis 49. in 6. tum vero; quod infinitæ locutionis æquipollentiae cum universali in odiofis & penalibus locum esse, negent in contrarium allegati Tuschus n. 28. & Menoch. n. 155.

ARTICULUS II.

De Electoribus Capitalibus.

SUMMARIUM.

13. *Electio prelatorum pro temporum varietate varia:*
14. *Decretalium Jure Capitulis competit,*
15. *Jisque in Germania stabilita est per Concordata,*
16. *Suffragium in illa non habent I. Im-puberes,*
17. *Et sacro Ordine non initiati,*
18. *Tempore celebrande electionis:*
19. *Quod lapsi, si illo omnes careant, de-solutio fit ad superiorem.*
20. *Suffragium habent sacro Ordine an-te legitimam etatem,*
21. *Etiam illegitimè, sed bona fide ini-ciati.*
22. *II. Non eligunt absentes sine justa causa:*
23. *Ex iusta absentes constituant pro-curatores.*
24. *III. Suspensi:*
25. *IV. Heretici & alii excommuni-cati:*
26. *V. Personaliter interdicti:*
27. *VI. Irregulares ex Celebratione in loco interdicto:*
28. *VII. Qui scienter elegerunt indi-gnum,*
29. *Etiam ad pralaturam Episcopali inferioriorem:*
30. *Nisi à ceteris admittantur:*
31. *VIII. Qui eligendi formam Jure statutam non servarunt,*
32. *Pro una tantum vice suffragio ca-rent.*
33. *IX. Qui non elegerunt intra ter-minum illò prefixum.*
34. *X. Pralatos Regulares non eligunt Novitii:*
35. *XI. Conversi laici & similes:*
36. *XII. Proprietarii, transeuntes ad non-Mendicantes,*
37. *Et alii, voce privati Jure speciali.*
38. *Voce earenè ex delicto invalidè eli-git post;*
39. *Non ante sententiam:*
40. *Preserrim si illa privatus non sit ipso Jure.*

Prelatos eligendi potestas non semper penes eosdem fuit; in pri-mitiva enim Ecclesia Apostoli pleriq; à Christo accepta potesta-te, successores sibi constituerunt, can. fin. dis. 68. Ipsi sublati, Ecclesiæ Pastorum sive Episcoporum creatio & Episcopa-tuum collatio fuit penes Romanos Pon-tifices, can. Omnes i. dis. 22. à quibus cum tempore illos eligendi justitie, vel expresse diversis personis: & aliquando quidem Clero & populo simul permis-sum fuit, can. fin. §. Sed nec dis. 5. can.

Episcopos

13.

Gg 3

*Episcopos 13. can. Lectionis 26. can. Noste
27. disp. 63. cit. Postmodum, sedis Apo-
stolicae indulgentia & speciali Privilegiō,
Episcopos & ipsum etiam Romanum.
Pontificem nominandi potestatem Imp.
aliisque supremi Principibus concessam,
dilecta habetur can. Adrianus 22. can. In
Synodo 23. disp. cit. quorum tamen tex-
tus, ex fabulosis quorundam commentis
in Decretum incautiū à Gratiano rela-
tor, & merito suspectos, existimat Azor
p. 2. Instit. lib. 4. cap. 2. q. 3. §. Certē mibi.*

Utcunque autem istud se habeat,
posterioribus temporibus propter gra-
via incommoda & Ecclesiarum damna,
Episcopos aliquos Prælatos eligendi po-
stulandique potestas Conciliorum Lao-
dicensis & Sardicensis decretis à laicis ad
Ecclesiasticas personas est revocata, can.
Non est permittendum 6. disp. cit. & c.
Ostia 2. hic: & postquam aliquandiu pe-
nes clericos & Religiosos universos fuit,
can. Oberantibus 33. disp. cit. Capitulis,

14. tam Secularium quam Regularium Eccle-
siarum, est concessa, c. i. c. Cūm terra
14. &c. Capitulū, inquam, sive clericis
& religiosis, cum ejusmodi Ecclesiæ pre-
lato constituentibus unum corpus seu
Collegium, c. Novit 4. De his que à pre-
lat. ut Lib. 3. tit. 11. à num. 2. dicetur.
Quibus maximi momenti ac præjudicii
negotium committendi ratio iusta fuit;
quod, cūm regimen & gubernatio Eccle-
siæ vel monasterii, istiusque rerum ad-
ministratio tuitioque pertineat ad præ-
latum, can. Nullam 18. q. 2. c. Edicti
21. de Rescript. & c. Fraternitatem
2. de Donat. qui cū canonorum Col-
legio vel Regularium Conventu seu con-
gregatione constituit unum corpus: quu-
jus prælatus caput, illi verò membra sunt,
c. Novit. cit. æquitati & humanitati con-
sentaneum esse visum sit; ut prælatus ab
ipso clericorum collegio & conventu Re-

gularium eligeretur, cūm; quod Ecclesiæ
vel monasterii sui necessitates & utilita-
tes, uti & qualitates ac merita personæ
rum, quarum curæ & administrationi
committi possit, ipsi melius quam aliis
perspectas habeant, arg. c. Quotiens s. de
Tesi. & attest. tum verò; quod prælatus,
quem ipsum Collegium vel Conventus
concordibus studiis sibi elegit, majori
amore ac fiducia suscipiat, eique la-
lubria præcipienti promptius pareatur,
Vivianus in c. 1. cit. ubi Gonzalez n. 1.
& Ascan. Tamburin. Tom. 1. de Jure ab-
bat. disp. 5. q. 1. n. 1.

Ab hoc tamen etiam Jure cum tem-
pore recessum est, propter lites ac di-
cendas: quibus in dies magis magisque in-
valescentibus, cūm electiones prælatorum
ſepe non sine Ecclesiarum damno &
scandalo fidelium perturbarentur ac pro-
traherentur, Patriarchas, Primates, Archi-
& Episcopos eligendi jus à Metropolita-
nis & Cathedralibus Capitulo avocatum,
& dignitates illæ provisioni Apostolice
reservata sunt, Extravag. Ad Regimen
13. inter com. de Præb. & dignit. & Ca-
cell. Apostol. Reg. 2. exceptis tamen His
Spainæ, Galliæ, Poloniæ, Lusitania &
Siciliæ Regni: in quibus Episcopos no-
minandi vel præstanti jus, privilegi
sedis Apostolicae, Regibus est permittum,
teste eodem Azor cap. 2. q. 3. cit. & Barbola
de Offic. & Potest. Episc. lib. & tit. 1. cap.
3. num. 27. excepta etiam Germania no-
strâ, in qua sola Archi- & Episcopos eli-
gendi postulandique jus & vetus Confus-
tudo retenta & confirmata est per Con-
cordata, inter Nicolaum Papam V. ex una
& Fridericum III. Imp. & Germania
Ordinarios ex altera parte, inita & Ro-
mæ 14. Calend. Aprilis 1448, publicata.

Etsi verò novissimò hōc Germania
nostræ &, antiquò etiam Decretalium
Jure, eligendi jus penes Capitula sit, non
tamca

tamen semper est penes omnes Ecclesiae canonicos.

16. Et primò quidem ex ipsis ius suffragii in electione non habent impuberis, hoc est, minores quatuordecim annis; cùm careant maturitate judici ad tanti momenti actum sufficiente, *c. Ex eo 32. pr. in 6.* & multò magis furiosi & amenes, quamdiu furor & amentia durat, *Glossa in c. cit. V. Discretione.* Eiusmodi autem mentis alienatione cessante, sive lucidi intervalli tempore, sicut ad Capitulares actus alios, sic etiam ad suffragium in electione ferendum admittuntur, *Tholosan. de Elec. cap. 8. n. 2. & Pirrhing ad banc Rubr. num. 26. in fine.*
17. Imò de Jure recentiore ius suffragii non habent quicunque, tam Regulares quam Seculares, in sacris sive majoribus Ordinibus, saltē Subdiaconatū, nondum constituti: uti & ii, qui dignitates, personatus, officia vel prabendas, certum Ordinem annexum habentes, pacifice obtinent, si justò impedimentō cessante ad eiusmodi Ordinem intra annum non fuerint promoti, *Clement. 2. De acat. & qualit. & S. Synodi Trident. sess. 22. cap. 4. de Reformat.* Necesarium tamen non est, ut quis toto vacationis: sed sufficit, si electionis celebrandæ tempore in sacro Ordine sit constitutus; ut adeò, sicut post vacationem jam inductam adeptus possessionem Canonicatū, sic etiam post eam sacro Ordine iniciatus ad suffragium in electione ferendum sit admittendus, *Glossa in Clement. cit. V. Conflitutus ubi Panormit. num. 9. & Baisius de Elec. p. 1. cap. 17. n. 3. licet, donec eiusmodi Ordinem consecutus sit, aliquem experitare intra juris terminum ceteri Canonicī non teneantur; quia vis capitularis tota residet penes canonicos habiles: qui propterea intra terminum Juris celebrandæ electioni diem sibi opportunum præ-*
- figere, ad eāmque procedere libere posse sunt, *citt. Glossa & Panormit. num. 9. in fine.*
- Dubium est de casu, quod Prælatus rā per Episcopi, Abbatis, &c. obitum aut aliter vacante, nullus canonicus vel monachus in sacris constitutus reperitur. Quò perinde, ut, si electioni celebrandæ à jure indultum tempus lapsum jam esset, prælati nominationem superiori competere, videri potest; quod talis Ecclesiæ vel monasterii non vacantis Prælatus sine ejusmodi canonicis vel monachis negotia omnia solus expedit, *arg. c. Unici Ne sede vac. in 6.* Sed, ut hoc ita sit; quod Ecclesiæ vel monasterii, canonicum vel monachum in sacris constitutum non habentis, potestas tota penes Prælatum residenceat: alia tamen ratio est superioris; cùm enim Ecclesiæ vel monasterio vacanti de prælato providenti potestas superiori solum competit jure devolutionis, ipsi terminus Juris, sive istò ad electionem celebrandam indulti temporis lapsus, eoque facta devolutio expectanda, & de Prælato Ecclesiæ vel monasterio providendum à superiori tum demum erit, si ad suffragium in Capitulo ferendum Jure requisitus Ordo non receptus, & electione intra trimestre vel semestre non fuerit celebrata, *Glossa V. cit. Panormit. in Clement. cit. n. 10.*
- Dubium secundò est, an suffragium in electione competit canonico, per viam Apostolica dispensatio sacram Ordine iniciato ante legitimam ætatem. Ratio dubitandi est; quod *Clementina cit. in canonico Capitulari sacram Ordinem exposens, in consequentiam etiam ad hunc Ordinem requisitam ætatem exposcat;* atque idcirco hac deficiente canonicus suffragii jure careat, quantumvis sacro Ordine per viam dispensatio sit initiatus; cùm dispensatio, tanquam Juris relaxatio

Iaxatio & odiosa, strictam exigat interpretationem, c. i. §. Ille vero, de filiis presbyt. in 6. & ab Ordine sacro ad vocem, sive jus suffragii in Capitulo, cuius non meminit, non porrigitur.

Verum; quia dispensatio interpretationis ita strictæ non est, ut à principali ad accessoria, connexa & ab illo dependentia extensio nem non patiatur, arg. Reg. Accessorium 42. in 6. & canonico, etatem ad lacrum Ordinem Jure præscriptam non habenti, etatis defectus vocem non admitt ratione sui, sed solummodo ratione sacri Ordinis, ad quem ea requiritur: in canonico ad Ordinem hunc per dispensationis viam admissio nihil desideratur, quod minus ad vocem in Capitulo & ad electionis suffragium admittitur; cum remoto per dispensationis viam defectu principali Ordinis sacri, in consequentiam Ordini huic accessoria ejusque solius ratione requisita etatis defectus remotus, & canonicus ad vocem in electione, aliisque actus capitulares habitatus intelligatur, ut cum Felino in c. Postulati 27. de Rescript. n. 11. & Covarruvia p. 2. de Sponsal. cap. 8. §. 10. n. 8. docent Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 4. num. 7. Sanchez Lib. 8. de Matrim. disp. 1. n. 23. Ascan. Tamburin. Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 5. f. 8. n. 10. & Barbola de Canon. & dignit. cap. 37. num. 9. Unde

21. Dubium tertium oritur de canonico, ad sacrum Ordinem ante legitimam etatem illegitimè promoto; nam & huic in electione vox adstruenda videtur; quod, cum non labore defec tu sacri Ordinis ad hanc requisita etatis defectus ei non obliter, hoc ipsò; quod certa etas in canonico non tam ad vocem in Capitulo, quam ad Ordinem sacrum recipiendum desideretur. Sed hac in re opus est distinctione; vel enim Ordinem illum cas-

nonicus bonâ, vel malâ fide suscepit? Si prius, & in etate legitima se constitutum per errorem exsiliavit, in electione vox ei deneganda non est; quod sit constitutus in Ordine sacro, ad vocem in Capitulo obtinendam requisitus, Clement. cit. &, quô vox ei adempta sit, aliud Jus non extet. Si posterius & sacro Ordine iniiciatus est mala fide, ne ex iniquitate sua commodum reportet, contra Regulam, c. Sedes 15. de Rescript. & c. Ex litera §. fin. de Dolo; sed, ut in eo, in quo delicitur, puniatur, c. Literas 13. de Temp. Ordinat. in temeritatis poenam Capitulari voce privari meretur; immo illa ipsò Jure privatus est ratione suspensionis, hujusmodi temeraria Ordinis facti conceptioni imposita, Constitut. Pii II. qui incipit Cum ex sacrorum edita 5. Calend. Decemb. 1461. Ita cit. Suarez n. 7. & Tamburin. n. 10. De quo tamen non immerito quis ambigat cum Panormitanus Clement. cit. n. 8. in fine; quod cit. Constitutione Piana lata suspensionis causa afficere videatur solum Ordinem sacram temera suscepimus: cuius solius usum adimere suspensio vocem in capitulo, quod Ordinis actus non sit, non adimi, n. 24. statuerit.

Secundò, suffragium in praefati electione non habet canonicos Capitularium ables à loco electionis &, quod minus praesens & electioni interesse possit, infirmitate aliove, arbitrio boni viri, iulio impedimentò non detentus, c. Quia propter 42. §. Illud autem juncta Glossa v. Venire; cum talis suffragium ferre non queat per literas; quia hoc etiam legitime impeditis non permititur, c. Si quis justo 46. §. Absens in 6. cum, ut §. hoc dicitur, vota non ante, sed in ipso termine secretè & sigillatim tantummodo exprimenda sint, ex Constitutione Innocentii III. in Concilio Lateranensi edita &c.

- Quia propter cit. relatâ. In electio-**
nibus tamen prælatorum Regularium,
in quibus forma scrutinii exactè non ser-
vatur, & schedulae ob-signatae conciun-
ciunt in urnam, nihil obstat, quò minùs ab-
infirmo aut alia legitime absente suffra-
gium scriptum ad Capitulum mittatur,
Laiman in §. Absens cit. n. 3. Neque
etiam ita absens suffragium ferre poterit
per procuratorem; cum ad id constitu-
tum ex aliis Capitularibus admittere ne-
mo teneatur, Panormit. in §. Illud autem
cit. n. 1. & Sylvester V. Elec̄tio q. 3. n. 4.
- Dixi autem, impedimentō non de-**
tenuit; quia absens in loco, è quo ad e-
lectionem vocari de Jure debet &, quò
minùs compareat, infirmitate aliâe cau-
sa legitimè impeditus procuratorem ad
eligendum suo nomine constituere per-
mittitur, arg. à contrario §. Illud autem
cit. ut ibi nota Glossa V. Venire, & ple-
nus tradetur à n. 99.
- Tertiò, suffragii jus in electione non**
habent suspensi. Non quidem à solo be-
neficio, Glossa in c. Cùm Vintoniensis 25.
V. Admiserant; quia electio spiritualis
officii effectus. Neque etiam à solo Ordi-
nine; quia electio, licet in eligente, sa-
crum Ordinem exigat, non tamen Ordi-
nis, sed huic per accidens adjunctus actus
est, Glossa in can. Presbyterum 18. V.
Habere disq. 28. & Suarez disp. 26. de
Censur. s. 4. num. 5. Neque etiam ab alio
quodam officio particulari; quia sus-
pensione, cùm sit pena, ab uno actu ad al-
lium non est extendenda, Innocent. in c.
Cùm dilectus cit. num. 4. & Navarrus
Manual. cap. 27. n. 160. Sed, vel ex-
preste ab electione aut voce activâ: vel
ab officio: vel ab isto & beneficio simul:
vel etiam simpliciter neutrò expressò;
qua talis ab utroque suspensus censetur,
Gloss. in c. cit. V. A Suspens. Innoc. cit.
num. 4. Panormit. in c. Cùm dilectus cit.
- num. 18. & Passerinus de Elec̄t. q. 10. à**
num. 88. adeo; ut ab hujusmodi suspen-
sione, utpote officii executione privatis, ce-
lebrata elec̄tio irrita sit ipso Jure, secun-
dum Gloss. cit. & in c. Cùm dilectus 8. V.
Suspensi de Confut. Laiman ibi n. 6. &
in c. Cùm inter cit. n. 8. Alii vero, su-
sponsis exclusi vel privatis, eligere non
prohibentur; cùm ad ipsos, quantumvis
numerò pauciores, imò unum tantùm,
pro ea vice eligendi potestas tota devol-
vatur, c. Boni bīc & c. Gratian. 2. de Po-
stular. Prelat. Sylvester V. Elec̄tio cit. q.
2. disq. 1. Barbola in c. Gratian cit. n. 4.
& Laiman n. 2.
- Quarto, Hæretici, can. fin. 9. q. 1.**
& ceteri excommunicati: non quidem 25.
minori, c. Illa 39. sed majori excommu-
nicatione, per textum c. Constitutus 23.
juncta Glossa V. Excommunicatis de Ap-
pellat. arg. c. Unici Ne sede vac. in 6. &
arg. à contrario c. Illa cit. Ubi Panormit.
num. 1. & Barbola n. 6. Ratio est; quia
hujusmodi excommunicati ab officio su-
sponsi; ac proinde omni exercitio juris-
dictioñis & officii spiritualis actibus pri-
mati sunt, arg. c. Decernimus 8. de Sent.
Excommunicat. in 6. ut electio eorum
suffragii celebrata, ipsò Jure irrita sit,
arg. c. Unici cit. Suarez de Censur. disp. 14.
s. 2. n. 6.
- Quin, uno vel pluribus excommu-**
nicatis scienter admisisse, ab aliis non cen-
suratis celebrata elec̄tio irritanda à supe-
riore, ut cum cit. Laiman de Elec̄t. q. 26.
in fine & aliis vult Palao tract. 29. disp.
2. p. 5. n. 13. & verisimilius irrita est ipso
Jure, ut cum Navarro Consil. 1. de Elec̄t. n.
2. sustinent Barbola Jur. Eccles. lib. 1.
cap. 19. n. 56. Passerin. cit. q. 10. n. 65.
& Canonistarum sententia communis,
teste Suarez de Censur. disp. 14. s. 2. n. 17.
in fine, ubi, eam in praxi tenendam, ait.
Eam autem ita irritam esse DD. cit. de-
sumunt

Hh

sumunt

sumunt ex c. fin. de Procurat. &c. Ad pro-
bandum 24. de Sent. & re iud. quorum
textuum priori repellitur procurator;
quod ejus elec^{tio} nulla fuerit, propter
voluntariam admissionem quorundam
excommunicatorum: posteriori irrita pro-
nuntiat sententia, lata à judicibus dele-
gatis, quorum unus excommunicatio-
nis Vinculo publicè fuit innodatus. Un-
de communis sententia, idem statuen-
dum, ait de elec^{tione}, uno vel pluribus
excommunicatis scienter admisisse, cele-
brata; quod electio actus jurisdictionis
imitetur & inter eos computetur, quate-
nus est actus cuiusdam potestatis publi-
cae & ad commune bonum & Ecclesiarum
regimen luò modo ordinata; atque id
circo, sicut sententia judicialis lata à plu-
ribus delegatis, quorum unus excommuni-
cationis vinculo publicè innodatus, sic
& electio, admisiò uno ea censurâ ligatò
celebrata, irrita sit. Secus, & valida esset
electio, si electorum unum ita excommuni-
catum ceteri probabiliter ignorarent:
dummodo, Seclusò ejusmodi censurati
suffragiò, à majori sive plus quam dimi-
nia reliquorum parte sit celebrata, Glossa
in c. Si quando 9. V. Ebdom in 6. ubi Ge-
min. n. 3. & cit. Passerinus n. 67.

Quinto, personaliter interdicti, c.
26. Inter cit. ubi Interpp. & alii DD. passim.
Rationem Engel ad hanc Rubricam §. 1.
n. 7. V. Interdictum reddit; quod hu-
jusmodi interdictum suspensionem im-
portet, arg. c. cit. Ut etiam, qui inter-
dictum Locale, in loco interdicto sine
speciali privilegio celebrandò, temere
violarent, c. Is qui 18. §. Is verò de Sent.
excommunicat. in 6. Baifius Direct. Elect.
cap. 19. § 20. n. 1. & cit. Suarez disp. 34.
f. 4. num. 17. ubi irregularitatⁱ, qua hu-
jusmodi violatione inducitur, suspensi-
onem §. cit. adjunctam ait.

Ad hoc tamen, ut hi & alii censu-

rati voce activâ priventur, post Concilium Constantiense & à Martino V. 1418. in eo editam Extravag. quæ incipit Ad evitanda scandala, requiritur, ut nominatum & publicè denuntiati, vel notoriis clericorum percussores sint, vel faltem repellantur per exceptionem, Lai-
man ibid. q. 25. Neque obstat; quod à dicto Concilio ullus favor aut gratia facta non sit ipsis excommunicatis, aliis que censuratis; quia electio activa non tam gratiam eligentium quam utilitatem Ecclesiae, & ad hanc electi prælati aliorumque fidelium favorem spectat, Co-
varruvias in c. Alma de Sent. excom. in 6.
p. 1. §. 7. n. 10.

Sexto, Irregularates, saltem ex delicto: quod cum Glossa in §. Si verò cit. V. Cum alia Sylvester V. Electio 1. q. 4. Laiman cit. q. 25. Donatus Tom. 2. Prax. Regu-
lar. Tract. q. 9. n. 2. & alii desumunt ex §. cit. Verbis, Irregularitatem in-
currit: Sc. & ad eadē efficitur ineligibilis
quod nec ad eligendum cum alio debet
admitti: quæ in sensu declarativi ac-
cipiunt; ut privationem vocis activa
vi Irregularitatis induci, significetur
Verum; quia Jus, quod voce activa pri-
vandi vim irregularitati conferat, aliud
non extat, dictioonis Ad eadē sensus non de-
clarativus alicuius Juris aut isto prodit
pena: sed ampliatus erit; ut temerari
quidem celebratione in loco inter-
dicto contractæ, de qua §. cit. ferme illa
non generaliter cuicunque ex delicto or-
ta irregularitati vocis activæ privatio-
nem, & quandam ab officio suspensi-
onem adjunctam significet, ut cum Na-
varro Manual. cap. 27. n. 244. docent cit.
Suarez disp. 40. f. 2. n. 27. aliosque DD.
allegatis Barbosa de Canon. & dignit. cap.
41. n. 9. & Passerinus de Elect. cap. 10
n. 104. Suadet id etiam ratio Juris, ubi
de pena agitur, in dubio strictam inter-
pretatio-

pretationem latæ præferentis; ut poena excludatur potius, quâm inducatur, arg. Reg. Odia 15. Et Reg. In panis 49. in 6.
 28. Septimò, qui ad Episcopatum scien- ter postulaverint aut elegerint indignum, c. i. c. Gratum 2. de Postul. Et c. Scriptum 40. §. fin bac Rubr. vg. temerarium interdicti violatorem, aut viginti septem annis minorem postulari, c. i. cit. Et Extravag. i. inter com. bic: vel triginta annos completos nondum habentem aut illegitimum, eligi prohibitos, c. Cùm in cunctis 7. cuiusmodi personarum postulatione vel electione vocis activa privatio tum demum incurritur, cùm ex suffragiis electorum, in hujusmodi personam malè consentientium, communis Electionis Decretum formatum fuerit & publicatum; tales enim post hujusmodi electionis publicationem (non ante) pro ea vice ipsò Jure privati sunt eligendi & postulandi potestate, c. Cùm in cunctis cit. §. Clericis, juncitò c. Perpetuo 7. in 6. ut ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, juxta c. Literas 13. de Temp. Ordinat. Et c. Inter 11. de Excess. Prelat. Quare hoc casu eligendi potestatem pro ea vice retinente soli illi, qui in indignum non confererunt; ut isti, vel suæ electionis, quâ in perfornam dignam convenerunt, Decretum formare, idque nomine totius Capituli publicare: vel novum scrutinium inchoare possint, delinquentibus exclusis, c. Congregato 53. ubi Innocent. pr. & Panormit. n. 6. Si verò indignum scienter eligendo omnes deliquerunt, eligendi potestas pro ea vice in Ecclesiis Cathedralibus & Metropolitanis ab ipsis devolvitur ad Papam: in inferioribus autem ad proximum superiorem, ad quem Canonice electi confirmatio specciat, §. Clerici cit. Et c. Quamquam 18. in 6. Ubi Glossa V. Seenus Barbosa n. 2. & Laimann. i. Præterea ipdignum scien-

ter eligentes ad Episcopatum (non ad inferiores Ecclesiæ) à beneficiis, quæ in eadem Ecclesia obtinuerunt, per triennium ipsò Jure suspenduntur, §. cit. Et c. Si compromissarius 37. in 6. Laiman ibi num. 5.

Neque obstat; quod c. Cùm in cunctis cit. Iermo expreßè tantum sit de eligentibus laborantem defectu legitima ætatis, gravitatis morum & scientiæ; ac proinde penalis & odioſa ejus dispositio ad eligentes indignum ex alia cauſa, vg. quia laicus aut bigamus est, non sit extenda, arg. Reg. Odia 15. in 6. ut in c. Bone 23. n. 11. arguit Joan. Andrea. Sed non movet; quia, ut Glossa in c. Si postquam 33. V. Provisione in 6. obseruat, etiam penalis & odioſa dispositio ad personas & casus non expressos extendi potest, quando personas aut casus tantum exempli causâ expressos, & dispositio generaliter intelligendam, ex aliis Juribus & passim recepta interpretatione appetat: sicut hac in re fit c. Dudum 22. c. Cùm Vintoniensis 25. c. Quamquam Et c. Si compromissarius cit. Laiman in §. Clericis cit. n. 1. & ibi Gonzalez n. 8. Ubi

Dubium est primo, an eligendi potestate pro una vice præventur, indignum scienter eligentes ad prælataram, Cathedrali ſive Episcopali inferiorem. Negat id cit. Joan. Andre. partim, propter textum c. fin. de Filiis Presby. quod ad dignitates & alia beneficia curata promoventes indigos ejusmodi privationem non incurruunt: sed folummodo dignitates personis idoneis conferre jubentur: partim; quod §. Clerici cit. folum mentioniat de eligentibus Episcopum; ideoque arg. Reg. cit. poena reō inficta, extendenda non sit ad eligentes prælatum inferiorem: sicut ad hos non extenditur suspensio à beneficiis ad triennium, in eosdem eodem textu lata. Sed, his non

Hh 2 obstante.

obstantibus, jure eligendi dicto modō etiam hos privari, cum Panormit. in c. Dudum cit. n. 11. Laiman l. cit. n. 3. non male defumit ex c. Dudum cit. junctā Glossā V. Ordinibus, ubi electio præpositi à minori parte facta, si constet, quod à majori electus habeat aliquem defēctum Canonicum, dicitur confirmanda, manifesto argumento; quod pars major, per electionem laborantis tali defecūt, jure eligendi pro una vice sit privata. Idem colligitur ex c. Perpetuo &c. Quamquam cītt. junctā Glossā V. Secus. Ratio est; quia hujusmodi privationis pœna pro ea viꝝ valde proportionata debito, & quodammodo debita videretur scienter eligentibus indignum: idque non tantum; ut puniantur in eo, in quo peccaverunt: sed etiam; nè ob malignam affectionem periculo exponatur bonum animarum & utilitas Ecclesiae, quam electio maximē spectat. Unde vim non habet arg. de sumptu ex Reg. cit.

Neque paritas est cūm pœna suspensionis triennalis; quia de hac aliud expressè statutum est c. Si compromissarius cit. §. Hujusmodi in 6. Neque magnopere urget c. fin. cit. quia eius textus intelligendus est de promoventibus indignum per ignorantiam, ut notat cit. Gonzalez. n. 8.

30. Dubium secundo est, an capitulares, ad quos eligendi potestas ab aliis, indigni electionem scienter attentantibus, tota devoluta est, istos ad electionem secum admittere, si velint, possint. Ratio dubitandi oritur ex illorum suspensione. Sed haec, juxta dicta solum afficit beneficium, non etiam officium: & illorum privatio, ceterorum capitularium, in indigni electionem non conspirantium; favorem præcipue spectat. Quare, uti clericos omnino extraneos, c. Bona 4. de Postulat. &c. Scriptum 40. bac

Rubr. sic etiā ejusmodi privatos unanimi aliorū consensu admittiad electionē posse, cum Glossa in c. Cūm Vintoniensis cit. V. Admisserant Innocent. n. 4. & Panormit. n. 9. censem Laiman n. 2. id defumenser c. cit. ubi ita privati ab aliis sunt admitti corūmque admissio ab Innocentio III. de electione illa pronuntiante, non est improbata. Dixi autem, Unanimi; quia, ut cit. Panormit. n. 3. notat, sicut aliqui extranei, sic etiam hujusmodi admissioni se opponere singuli & unus solus potest, arg. Reg. Quod omnes tangit &c. 29. & Reg. In re communī potior est conditio prohibentis, 56. in 6. cūm ejusmodi admissione diminuantur iura singulorum: quorum suffragia, admissis aliis, minus efficacia evadunt.

Ostavō illi etiam, qui formam eligendi Episcopum aliumve prælatum, c. Quia propter qz. prescriptam, non observarunt, eligendi facultate, taliter pro una vice, non quidem privati ipso jure, sed eā per tentiam privandi sunt, per textum & Glossam c. cit. §. Qui viri V. Priventur &c. Cumana 50. V. privantes, ut ita etiam ipsi puniantur in eo, in quo deliquerunt, Ant. de Butt. in c. Quia propter cit. n. 53. Panormit. in c. cit. §. Nisi, n. 3. & Laiman in c. cit. num. 14.

Porro, cūm dicuntur, electores eligantur, di jure aut facultate pro una vice privatos, id non intelligendum est de toto tempore vacantis prælature: sed tantum de proximo unico actu electionis vel pollutionis: quem proinde solum, electoribus persona indigna exclusis, celebrandi jus habent soli non delinquentes, etiam si unicus tantum esset. Unde, si ab his solis celebrata electio secunda effectum non consequeretur: vel; quod electus in electionem non acceptarit, aut renuntiarit, aut mortuus sit: vel; quod ipsa electio

electio propter occultum vitium electi aut aliam causam sit rescissa, eligendi jus recuperarent, qui eō privati erant propter electionē indigni vel non servata formam; ut ad sequentem sive tertiam electionem procedere cum aliis possent, ut in c. *Cum Vintoniensis* cit. cum *Glossa V. cit.* & *V. Tertia* notant Panormit. n. 13. & Laiman n. 4.

33. Nonò, qui intra tempus à Jure indultum, scilicet tres menses ad Ecclesiam Cathedralem vel Regularē: ad Secularem verò Cathedrali inferiorem intra sex menses, Prälatum non elegērunt, cùm legitimè non essent impediti; nam etiam tales pro ea vice privati sunt potestate eligendi: qua hoc casi devolvitur ad superiorē, c. *Ne pro defectu* 41. ut *Tit. 10. à n. 24.* decabitur.

34. Decimò, in electionibus ad prælaturas Regulares suffragium dare nequeunt Novitiī, sive Religionem, cuius prælatus eligendus est, neque expresē, neque tacitē professi, c. *Ex eo 32. §. In Ecclesiis* in 6. Ubi *Glossa V. tacitē & Archidiaconus* n. 3, quia tales neque Religionis membra sunt, neque rerum aut personarum Monasterii vel Religionis, sufficienti notitiā instrūti, Tamburin. Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 5. q. 8. n. 6. & Donatus Tom. 2. *Prax. Regul.* Tract. 4. q. 6. n. 2.

35. Undecimò, in iisdem suffragiis jūs non habent laici Conversi & similes, etiam Professi, §. *In Ecclesiis* cit. ubi tam *Glossa V. Cum clericis recte advertit,* in Monasteriis Monialium & Ordinibus ad Pietatis aliavē merē temporalia opera in bonum Ecclesiæ præstanda, institutis, uti sunt Ordines Militares & Hospitalis, quorum Professi ferē laici sunt, superiorē sibi eligendi jus hujusmodi laicis non denegandum: uti etiam iis, qui in Ordinibus etiam ad Spiritualia ex-

ercenda principaliter institutis, Capitulare, ac proinde eligendi jus vi fundationis, privilegii, aut legitimè præscriptæ confuetudinis obtinuerunt, Barbola in §. cit. n. 8. & Laiman, n. 2.

Neque obstat; quod consuetudo, laicos ad electionem admittens, à sacris Canonibus reprobetur, c. *Maffana* 56. cùm jus eligendi in Ecclesia Collegiata in laicum non cadat, c. *Sacrosancta* 51, quia hi & similes textus alii intelligendi sunt de laicis Secularibus: non de Religiosis; in hos enim eligendi jus cadere potest; cùm sint persona Ecclesiastica & Divino servitio per vota Religionis substantialia perpetuè mancipatae, Laiman, in c. *Ex eo* cit. n. 2.

Duodecimò, jure suffragii in electionibus etiam, bienniō privantur Religionis Proprietarii sive ii, qui contra voluntatem superiorum expressam aut rationabiliter præsumptam, aliqua bona temporalia in notabili quantitate retinendō, votum Paupertatis graviter violāsse, fuerint convicti, ex decreto Trident. Seff. 25. cap. 2. de Regular. & Religioni Mendicantes, qui ad non Mendicantium Ordinem, etiam auctoritate Apostolicā transuent; his enim vox & locus in capitulo, & consequenter jus suffragii in prælati electione omnino est ademptum, Clement. 1. de Regular. ubi Barbola n. 1. & 6.

Præter hos, communi Jure ab electionibus remotos, suffragii jus in iis non habent, qui Ecclesiæ vel Religionis Ordinis aut Monasterii Jure speciali vocem in Capitulo non habent, ut recte notat Pasterinus cit. cap. 10. n. 102. ubi suffragii in electionibus ferendi jure SS. Ordinis sui legibus privatos non paucos recesserit.

Dubium est de electionis, unius vel plurium activa voce privatorum suf-

H h ; fragii

fragiis celebratae valore. Quia in re interest, an tales privati illâ sint per sententiam, aut secus,

38. Priori enim casu voce privatus à Capitulo excludi: &c. si egredi renuat sé que opponat, expelli vi adhibita potest; quòd capitulo molestet ac turbet in quasi possessione juris eligendi sibi, exclusò illò, competentis; ut adeò hujusmodi expulsio violentia, non illatio, sed propulsio ac defensio sit; cùm vim vi repellere Jure licet, c. Si verò 3. de Sent. excomm. & l. Ut vim 3. ff. de I. & I. Panormit. in c. Cum Vintoniensis 25. n. 14. ubi Laiman. n. 6. & Paserin. cit. cap. 10. n. 128. Nisi tamen in tempore appellâset; cùm enim legitimè interposita appellatio Sententia executio nem suspendat, c. Venientes 19. pr. de Tarejurando & c. Dilectis 55. de Appellat. eà à sententia legitimè interpositâ ac pendente, voce ita privatus è capitulo excludi vel expelli nequit, Paserin. cit. n. 228.

Si sententia in rem transiisset judicatum, eaque voce privatus è capitulo expelli sine scandalo alióve gravi incommodo non posset, adversus eum capitulo satis sibi provideret, interpositâ & multarum Ecclesiarum usu omnibus electionibus premitti solita solenni protectione, de non admittendis suffragiis inhabilium & voce activa ex quacunque causa privatorum, Baifius p. 1. Direct. Elec. cap. 9. n. 5. citt. Barbosa n. 57. & Pascrin. n. 70.

39. Posteriori casu, sive ante ejusmodi sententiam, voce activa à Jure privati suffragiò interveniente, celebrata electio Jure subsistit; quòd ante sententiam saltam declaratoriam jure quæsito si abdicandi obligatio non detur, ut cum Covarruv. p. 2. de Sponsal. cap. 6. §. & n. 8. & Castro de Pun. heret. cap. 9. dicetur

ad Rubr. de Panis n. 18. Si tamen post electionem criminis, suffragiū jus adiumentis, res ac proinde voce ipso Jure privatus per sententiam declaretur, sententia retrotraheret ad commissi criminis diem, & illius rei suffragium nullum vadet; ut cæterorum suffragiis, paten capitulo majore constituentibus, celebrata electio subsistat: corrut autem, si eam, ita privati suffragiò & ipsius etiam personâ in votorum & electorum numero non computatis, plus quam dimidiate majoris capitulo parts suffragiū non celebratam appareat, Innocentius in c. Cum Vintoniensis cit. n. 6. Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 90. n. 9. & aliis relat. Paserin. n. 129.

Si quis ob crimen voce non ipso Jure privatus, sed privandus sit per sententiam, ejus ita privandi suffragium &, hoc adnumeratâ, à majori parte celebrata electio valida omnino est; quòd, cùm hujusmodi sententia meret condemnatoria sit, post electionem lat ad commissi criminis diem non retrahatur; atque idcirco antè celebratam electionem & in hanc collatum suffragium non afficiat, Panormit. in c. cit. n. 13. & Paserin. n. 130.

ARTICULUS III.

De Electoribus Extra-neis.

S U M M A R I U M.

41. Extranei aliquando eligunt ex Fudatione,
 42. Vel confusu Capitularium,
 43. Suffragii jus, pro una vice, libet,
 44. Perpetuò cum solennitate:
 45. Non tamen Professo alio translatis
46. ad.

46. Aut laicis concedentium.
 47. Hos temere admittentium pene.
 48. Laici eligere queunt vi Privilégii:
 49. Clerici etiam vi Prescriptionis,
 50. Titulo manita, si soli;
 51. Sine titulo, si cum Capitularibus
 eligant.
 52. Laici jus eligendi non prescrivent.
 53. Varia tamen circa electionē possunt.
 54. Extranei aliquando eligunt vi Pos-
 sessionis:
 55. Si ista sit bona fidei:
 56. Etiam post item super eligendā
 jure contestatam.
 57. Idem aliquando eligunt ratione
 Sequestrationis.

41. **Q**uantumvis prælatorum Ecclesiasticorum electio regulariter ad Collegium sive Capitulum spectet, aliquando tamen jus suffragii in ea etiam competit personis omnino extraneis sive aliis, qui non sunt de corpore Ecclesiae vel Monasterii, cuius prælatus est eligendus.

Et primò quidem ex Fundatione: quā, interveniente consensu Episcopi, constitui potest, ut electio prælati unius Ecclesiae collegiatæ vel Monasterii ad prælatum vel capitulum alterius, vel pa- tronum Ecclesiasticum spectet, arg. c. Cūm dilectus 8. de Consuet. Ratio est; quia SS. Canones ad excitandum fundationum Ecclesiasticarum studium adjici in foundationibus & acceptari permittunt conditiones, quæ bonis moribus & Ecclesiae immunitatibus non repugnant. c. Præterea 23 de Jure Patronat. &c. Verum 4. de Condit. Apposit. Cūm ergo quilibet rerum suarum moderator & arbiter sit, l. In re mandata 21. C. Mandati, pa- tronus Ecclesiasticus fundationi Ecclesiae adjicere poterit conditionem; ut sibi prælati electioni cum jure suffragii liceat

interesse, Glossa in c. Nobis 25. V. Juris di-
 stitione de Jure Patron. Laiman de Pra-
 lat. Elec. q. 1 g. in fine & Engell ad hanc
 Rubr. §. 5 n. 1.

Secundò, voluntate, sive unanimi
 consensu Capitularium: quō hos pro u-
 na vice in aliquem extraneum compro-
 mittere, in eumque eligendi jus totum
 transferre posse; ut penes illum solum
 sit, eligere prælatum suæ Ecclesiae vacan-
 tis, patet ex c. Gausam 3.

Ab iisdem extraneos clericos ad elec-
 tionem admitti etiam pro una vice &
 unanimi consensu non posse, contra com-
 munem DD. sensum sustinet Donatus
 Tom. 1. Prax. Regul. Tract. 2. q. 15. n. 2.
 & Passerinus de Elec. cap. 3. n. 35. cūm
 quōd eorum admissione recedatur ab eli-
 gendi forma proposta, c. Quia propter
 42. ubi electio celebranda dicitur Praefera-
 tibus omnibus, qui debent, & volunt
 & commode possunt interesse: quales ex-
 tranei non sunt: tum verò; quōd eli-
 gendi jus Collegio competat, non ex i-
 psius institutione, sed ex concessione se-
 dis Apostolicae, id concedentis non qui-
 buscunque, sed habentibus certas quali-
 tates, & has inter, quōd de Collegio sint,
 c. 1. c. Cum terra 14. Sc. Unde, si al-
 iis, qui de collegio non sunt, conce-
 datur extraneis, istorum suffragiis, tan-
 quam ipsō Jure irritis, celebrata electio
 non valebit.

Sed recedendum non est à commu-
 ni sententia DD. cum Panormit, in c.
 Cum Ecclesia 3. de Causa posse. & propr.
 n. 43. Navarro Consil. 2. de Consuet. n. 3.
 Lambertino Lib. 2. de Jure Patronat. p.
 1. pr. q. 3. art. 17. n. 3. Laiman in c. Cūm
 Vintoniensis 25. n. 2. & Barbosa in c.
 Scriptum 40. n. 4. extraneorum admis-
 sionem ad electionem, unanimi consen-
 su factam, tuuentum; quōd ea Jure non
 prohibita: imò probata sit can. Obeun-
 tibus 33.

tibui 33. dif. 63. c. Bonæ 4. de Postulat. &c. Scriptum cit. ex cuius §. Et si partes, complures extraneos ad Patriarchæ Constantinopolitanæ electionem mutuò seu communis consensu admisitos, eorumque suffragia legitimis connumerata, luculent confit. Neque id immerito; cum enim capitularium unanimi consensu eligendi potestas extraneo committita possit, c. Causam cit. cur isti communicari non valeat ex parte, ejus suffragium admittendò & capitularibus connumerandò? præterim, cum id relatis, c. Quia propter cit. Verbis non prohibetur: neque adveretur ratio; cum enim eligendi jus capitularibus indulsum sit, sine prohibitione admittendi extraneum, sibi competens suffragii jus extraneo communicare, pro una saltem vice & mutuò consensu, valebunt: dummodo iste constitutus in Sacris & aliis qualitatibus in electore requisitis præditus, nullóque Jure à suffragio in elezione ferendo si impeditus: quod, si et in procuratore, sic & in extraneo electore cum Panormit. in c. Cum Vintoniensis 25. n. 3. rectè exigunt Barbosa de Offic. Episc. p. et. tit. 1. cap. 3. n. 24. & Pastrinus l. cit. n. 30. & cap. 10. n. 44.

Dixi, Pro una vice; quia, an extraneis personis eligendi jus concedi possint in perpetuum, dubitandi ratio oriatur ex c. Constitutis 47. quò textu tanquam frivila rejicitur allegatio duorum Abbatum, contendentium jus suffragii in elezione Abbatis alterius Monasterii sibi competere ex tali indulto. Pro cuius declaratione hac in re adhibenda est distinctio; vel enim communis consensu capitularium jus suffragii ita conceditur dignitati, vel personæ?

44. Si prius, valet quidem concessio: sed non nisi ex justa causa cum Ecclesia. scilicet alienationis solennitatibus facta; ac

proinde cum consensu superioris & si Ecclesia vel Monasteriū exemptum sit, ipsi Papæ, ut in c. cit. notant Panorm. n. 2, & Gonzalez n. 7. Ratio est; quia ejusmodi concessio, cum Ecclesia statu mutet, & jus capituli in extraneos transferat, specie quodam est alienationis, sine iusta causa & solennitatibus non permisæ, & invalidæ, can. Hoc Jus 10. q. 2. can. abbatibus 41. can. sine exceptione 52. c. 12. q. 2. c. 1. c. Tuanuper. 8. V. Irrua. De iis que à prælat. &c. Vivianus in c. Constitutis cit. & Barbosa cit. n. 24.

Si posterius, opus est altera distinctione; vel enim personæ in perpetuum, hoc est, ad ejus vitam indulgetur, tanquam Professæ sive ratione Professionis in tali Ecclesia vel Monasterio editæ, atque inde transiens ad alterius prætutram vel congregationem asumeretur; & tum invalida, & c. cit. reprobata ei concessio etiam gratuita; quia per hunc jusmodi transitum de prioris monasterio collegio, ejusque membrum esse desiderat, aut, si non desineret, censeretur in illis Monachi intitulati in monasteris duabus, & retinere gradum ac sedem à priori; adeoque participare jura utriusque, & non tanquam omnino extranea, sed tanquam perpetuus capitularis admitti, contra dispositionem c. fin. de Relig. domib. &c. Constitutis cit. Panormit ibi n. 3. & Laiman. n. 5. qui tamen cum Joan. Andr. in c. fin. cit. rectè monte, calu, quò unum Monasterium principale, eique alterum esset subiectum; & illius religiosi ad prius revocari arbitrio praediti possent, hujusmodi subiecti Monasteriorum superiore, vg. Priorem ejusdem Conventualis principalis prælatum elegendi & cætera jura capitularia retinere nisi aliud suadeat conuentudo. Vel tali jus suffragii indulgetur non ratione Professionis, in suo monasterio aliquando edita,

- editæ , sed tanquam omnino extraneo ? & tum cum consensu superioris aliquis solennitatibus facta concessio probabilius subsistit ; quia nullo Jure reprobatur , Laiman *l. cit.*
46. Dubium hac de re ulterius moveretur , an ex fundatione aut capituli concessione jus suffragii competere etiam possit laicis . Ratio dubitandi oritur ex *c. Nobis 25. de Jure Patron. verbis* , In conventionali Ecclesie non electioni prelati facienda , sed jam facta , honestius patroni postulatur assensus : nisi aliter de jurisdictione sua obtineat , ut partes suas interponere debent electioni tractanda . Sed ita competere laicus non posse , clare decimus est *c. Sacrosancta 51.* ubi ejusmodi compositio sive concessio Juri contraria & Ecclesiæ ipsi damno vocatur , atque disertè assertur , quod jus eligendi in Collegiata Ecclesie non cadat in laicum . Ratio est ; quia jus eligendi est spirituale ; cum per electionem acceptata matrimoniū Spirituale inter electum & Ecclæam inchoaretur , *c. Inter 2. Sc. fin. de Translat. Episc. juris autem spiritualis obtinendi & tractandi laicus de jure capax non est* , *c. Decernimus 2. c. Quantò 3. de Judicis. c. Causam 7. Qui fil. legitim. Sc.* Accedit ; quod ejusmodi concessio perniciose exemplö , & in dispendium Ecclesiasticae libertatis redundare dicatur *c. Sacrosancta cit.*
47. Quam ob rem electio , laicis suffragium ferentibus celebrata , imprimis in peccatum clericorum , illos admittentium , à Jure irritata est , *c. Massana 56.* Deinde , si contra eos , se ingerere præfumentes , clerici ipsorum suffragia non valitura protestentur : & nihilominus illis per vim se immiscientibus , electio fiat , ista , quantumvis , saltem quatenus à clericis per majora suffragia facta est (cum propter eligendi potestatem penes ipsos soles re-
- sidentem : tum propter Reg. Utile per inutile non debet vitari , qua est 36. in 6.) de Jure subsistat , ut cum Panormit. in *c. Massana cit. n. 5.* docet Fagnanus *ibid. n. 31.* In presumptionis tamen & attentionis laicalis odium potest irritari , Laiman *de Elect. pralat. q. 23.* Denique , si per abusum secularis potestatis , hoc est , istius cum autoritate se immiscens & libertatem clericorum , ad quos alias electio spectat , impediens facta sit , à Jure irritata est , *c. Quisquis 43.* atque insuper sui electioni ita factæ , consentienti ineligible redditur ad quamcumque dignitatem Ecclesiastican : nisi cum ipso , saltem ab Episcopo dispensetur , *c. cit. juncta Glossa V. Fiat & Imola n. 4.* Electores etiam eidem potestati , per abusum se ingerenti , consentientes , eligendi potestate pro ea vice privantur : atque insuper ab officiis & beneficiis Ecclesiasticis per triennium suspendi jubentur , *c. cit.*
- Neque aliud evincit *c. Nobis cit.* textus ; quia de patrono Ecclesiastico cum Glossa ibi *V. Jurisdictione & Viviano in c. cit. pos. pr. vel de laico in Ecclesia Conventionali eligendi jus privilegiò Papali* , ut mox dicetur , obtinente , exaudiens est cum Panormit. & Barbosa in *c. cit. n. 9.* Etsi verò hoc ita se habeat , rectè tamen *cit. Laiman q. 20.* & cum eo Pirrhing *ad banc Rubr. n. 17.* advertunt , laicos , quando vi ejusmodi Privilegii , vel constantis famæ de eo aliquando obtento , cum bona fide & temporis immemorialis decurso concurrentis , eligunt , id non jure proprio & seculari , sed auctoritate Ecclesiastica & ex quasi commissione sedis Apostolicae facere , censerit .
- Tertiò , extraneis suffragium in electione competere , non clericis tantum , sed etiam laicis potest privilegiò Papæ , ut cum proximè *cit. Interpp. Canonistæ 48. passim*

passim, & usus etiam docet, sic enim Præpositos Ecclesiæ Collegiatae SS. Leodegarii & Mauriti Lucernæ III. mꝝ iſtius Reipublicæ Magistratus cum Canonicis eligit: & Præpositum similiſ Ecclesiæ S. Michaëlis Archangeli Beronenſis à ſe electum instituit, vigore ſpecialiſ Privilegiis à fede Apoſtolica obtenti. Ratio eft; quiſ ejusmodi Juris ſpecialiſ, præſertim beneficia ſpectantia, capaces fieri poſſunt priviligio Papæ: penes quem, tanquam supremum omnium bonorum & jurium Ecclesiasticorum diſpensatorem, eſt plenaria poteftaſ & libera diſpoſitio omnium dignitatuum & beſefiorum Ecclesiasticorū totius mundi, c. Licer 2. de Prabend. in 6. Clement. 1. Ut lite pendente.

49. Quartō, conſuetudine ſeu potius præſcriptione, arg. c. Cūm dilectus 8. de Conſuet. & c. Cūm Eccleſia 3. de Cauſa pop. & prop. ut autem juf eligendi extranei præſcribant, neceſſarium eft, ut illius quaſi poſſeſſio quadraginta annorū ſpatiō bona fide ſit continuata, c. De quaſta 4. c. Ad aures 6. & c. fin. de Præſcript. & intra tempus illud aliqua ſaltem elecțio vel poſtulatio facta & ſuperioris authoritate confirmata ſit: vel ſaltem nulla propter defectum poſteſtatis in eligibentibus rejecta, ut cum Innocent. in c. Cum veniſſent 2. De in integr. reſit. doceat Azor p. 2. Inſtit. lib. 6. cap. 14. q. 6.

50. An præter ejusmodi quaſi poſſeſſionē, diſtō tempore & modō continuata, exigeatur titulus, dubium controverſumque inter DD. eft. Non quidem de caſu, quo eligendi juf extranei præſcriberent privative, five capitularibus exclusiſ; hoc enim caſu propter reſiſtentiam Juris, eligendi poſteſtatem capitulo paſſim tribuenter, quadragenari cum titulo vel immemorialis temporis laſpum exigi, ex c. 1. de Præſcript. in 6. cum Joan. Andr.

in c. Cūm Eccleſia cit. & Balbo de Pta. script. p. 1. pr. p. 5. q. 8. n. 5. defumus Laiman in c. cit. n. 5. & Faganus ibid. n. 26. Sed cumulatiue, five ſimul con capitularibus: quō etiam caſu, ut eligendi juf ab extraneo præſcribatur, titulum vel immemorialis temporis laſpum aliqui requirunt, cum Panormit. in c. cit. n. 44. propter eandem reſiſtentiam & diſpoſitionem c. 1. cit.

Sed melius cum Glosa in c. Cūm Eccleſia cit. V. Brevitatem Imola ibid. n. 25. & Balbo n. 7. tali caſu titulum eiſigi, iidem negant, propter textum ead. in quo ab extraneis agentibus, tam Peſtitorio ſuper proprieṭate, quām Poſſeſſorio ſuper recuperatione quaſi poſſeſſionis Juris eligendi: & hoc præſcriptum contendentibus ſolum ejus exercitium aliebagabatur, neque titulus exigebatur. Ratio eft; quia in quaſi poſſeſſione juf eligendi aliorūmque ejusmodi jurem in corporalium loco tituli habetur ſcientia & patientia Capitularium, aut aliorum, contra quos præſcribuntur, arg. l. Si quām 2. C. de Servit. Cūm ergo ille exercitio juriſ eligendi, facto ab extraneo admisso, ſcientia & patientia Capitularium non diſidereretur, hōc ipſo: quid elecțio ſit auctus capitularis, & ſiat a capitularibus congregatis, titulus à dicto exercitio diuersus neceſſarius non erit.

Neque in contrarium urget reſiſtentia & diſpoſitio Juris, partim; quia extraneis, ſimul eligendi juf præſcribentibus, Juf non reſiſtit; cūm ab iis ſimul & capitularibus celebra elecțio non tam ſit contra, quām præter Juf, elecționem capitularibus ita adiuvens, ut eam extraneis communicari permiſſat, lxx. Obeuntibus & c. Scriptum 40. cit. patim verò; quia c. 1. cit. textus intellegendus eft de præſumptione Juris cum vehementi reſiſtentia & edicto veterane

atque obstante praescribenti : prout reficit praescribentis decimas , provenientes ex praediis Parochiaæ alienæ , c. Ad decimas 2. de Rebus spoliatis in 6. qualis non est praefumptione obstante extraneo praescribenti jus simul eligendi , hoc ipso ; quod cum ad electionem admitti jus permittat , Covarruv. Lib. 1. Var. cap. 7. n 7. in fine .

52. Dubium præterea & maximus momenti difficultas est , an eligendi jus conuentudine vel praescriptione , falem tantum temporis , cuius initia memoria non existat , praescribi valeat à laicis Secularibus. Dubitandi ratio defumitur ex duplice paritate. Unâ cum privilegio : quod à sede Apostolica obtentum eligendi jus olim passim obtentum à laicis , hodieque ipsis alibici competere , dictum est n. 13. & n. 48. Sed huic conuentudinem & praescriptionem immemoriale non æquiparari , cum praescribenti jus resistit : & in rebus , qua verè aut quasi possideri sine privilegio non possunt , patet ex dictis Tit. 4. n. 48. & 49. Cum ergo jus eligendi , utpote spirituale , quasi possideri sine privilegio à laicis nequeat , arg. c. Causam 7. de Prescript. idque per viam conuentudinis & praescriptionis obtinere volentibus resistat Jus , illam , quod libertati Ecclesiastice aduersetur , c. Sacrosancta 51. tanquam corruptelam , dñe rebobans c. Massana 56. laicis jus illud obtainere volentibus conuentudinis & praescriptionis magis , quam privilegi via erit impedita , c. Causam cit. c. 1. & c. fin. de Consuet. Ita Hostiens. hic in Summan. s. Laiman in c. Massana cit. n. 3. Fagnanus in c. Quisquis 43. n. 16. & cit. Pirrhing. n. 17. Altera cum jure Patronatus seu præsentandi : quod à laicis per viam praescriptionis acquiri posse , plerique facile concedunt. Sed etiam inter hoc & eligendi jus paritas non est ; cum , quia jus eligendi sine privilegio

quasi possideri à laicis nequit , arg. c. Causam cit. posterius autem ab his quasi possideri posse , ex c. Querelam 24. constat & ibi tradit Laiman n. 4. tum verò ; quia jus eligendi magis spirituale & potentius est ; cum per electionem acceptam inchoetur matrimonium spirituale inter Ecclesiam & electum , c. Cùm inter 21. hic c. Inter 2. & c. fin. de Transl. non item per præsentationem : qua propterea proxime non (sicut electio ad electum , c. Quam sit 6. in 6.) dirigitur ad ipsum præalentatum , sed ad superiorēm infinituēm , c. Relatum 21. de Jure Patron. ut ex communī DD. sensu in c. Sacrosancta cit. observant Vivianus pr. & Gonzalez n. 8.

Etsi verò hæc ita fint , non dampnanda tamen est , ubi viget , Consuetudo , Primo , vi cuius defuncti prælati mors patrono vel Principi territorii intimetur , ejusque consensu , vel potius patrocinium requiratur ad futuram electionem , ut cum Anchorano in c. Quod sicut 28. n. 5. advertunt Barbosa in c. Massana cit. n. 4. & Laiman in c. Cùm terra 14. n. 4. sicut in Bavaria nostra fieri confueisse , constat ex Recessu Concordia , inter Ser. m. Domum Elecotoralem ex una , & RR. DD. Ordinarios diocesanos ex altera parte initorum 1583. §. Zum anderem. Secundò , vi cuius potestas secularis electioni extra aulam , in qua electores congregati sunt , assistat ; ne oriantur scandala aut electionis libertas ab extraneis impeditatur , Laiman ibid. n. 6. & Fagnanus in c. Quisquis 43. n. 29. Tertiò , vi cuius laici electioni tanquam Tabelliones seu Notarii ejus processum describentes , vel testes inter sint , Baldus in c. Decernimus 2. de Judic. n. 15. & Fagnanus 1. cit. n. 19. & 20. Quartò , vi cuius electione , à Capitularibus aliisque clericis , suffragii

I i 2 jus ha-

ius habentibus peracta, intimetur patro-
no vel Principi, istiusque requiratur al-
fensus, c. *Cum terra &c. Sacrosancta civi-*
qui tamen hunc denegare non potest :
nisi prætendat & ostendat Canonicum
subelsi impedimentum , vel electum a-
lienigenam de proditione vel collusione
cum holtibus vel publici statu perturba-
tione sibi merito esse suspectum, Hostient.
in Summa n. 15. & Tholosan. Tract. de
Elect. cap. 19. n. 15.

§4. Quinto, etiam ante præscriptio-
nem legitime completam suffragium in
electione competit juris eligendi Posles-
tori , c. *Querelam 24. juncta Glossa V.*
Super jure. Non quidem fidei malæ ;
cum enim ex hujusmodi possessione quis
ullum commodum non consequatur, re-
que ita possesæ fructus non faciat suos,
I. Certum 22. C. de R. V. & l. Mala fide
3. C. de Condit. ex lege , Canonicus
vel dignitatis eique annexi juris eligendi
malæ fidei, suæque intrusionis & nulli-
tatis suæ provisionis concius possessor
eligere non valebit ad eum ; ut ab eo col-
latum suffragium & electio , quæ sine eo,
cum ceteris suffragiis concurrente, à majori
parte celebrata non est, Jure non sub-
sistat, Innocent. *in c. Cumana* 50 *n. 4. Pa-*
norm. n. 12. & Laiman n. 8. Sed si sit bona
fidei; hujusmodi enim juris eligendi pos-
sessor illius proprietario ita præfertur ;
ut ejus suffragiò facta electio sibi con-
stet : quantumvis poltea proprietas sive
eligendi jus ab alio evincatur : & ejus-
modi possessoris suffragiò aliis accedente,
maiorem numerum completem fuisse, ap-
pareat, arg. c. *Querelam cit. ubi Gloss.*
cit. Panormit. n. 5. Vivianus pr. Laiman
n. 3. & Pirrhing ad banc Rubr. n. 20.
Ratio est ; quia suffragatio in electione
est fructus quidam juris eligendi , sicut
præsentatio juris præsentandi : fructus
autem rei debentur bona fidei possessori,

I. Bonæ fidei 48. ff. de Adquir. rep. dom.
& §. Si quis à non domino 35. Inflit. de
Rer. divisi. Certum hoc de bona fidei
possessore est , si super eligendi jure li-
mota non sit ante electionem.

Dubium autem & controversia mi-
nimè levis est, an is post item, super ju-
re ille motam & contestatam, suffragium
dare valeat in electione : & hac eius
suffragiò perfecta subsistat. Cui anfan-
præbet decisio Innocent. III. c. *Cum veni-*
sent 2. de In integ. restit. electionem Ab-
batis , lite super eligendi jure pendente,
à Monachis, in ejus juris quasi possesso-
ne existentibus celebratam , nec con-
fandam nec infirmandam referentibus
antequam dirimatur lis , à cuius eventu
illius valor pender , *Glossa fin. in c. cit.*
ubi Panormit. n. 22. Imola n. 20. &
Laiman n. 4. Cujus ratio ulterior est
quia juris eligendi quasi possessor bona
fidei esse definit ipsa litis super jure illi
motæ contestatione : & in mala fide con-
stitutur quod acquisitionem fructuum
cum istos percipiat sub onere & obliga-
tione restituendi casu , quod eligendi ja-
fuérit evictum, *I. Certum cit. & l. Sed 25.*
§. 7. ff. de Petit. heredit.

Hac tamen decisione rationeque
non obstantibus , eligendi juris bonæ
fidei possessori electionis suffragium, post
litis super eligendi jure mota contesta-
tionem , ullo Jure non ademptum, eius-
que accessione perfectam electionem sub-
sistere & confirmari posse , cum Decin
en c. *Ex literis 7. de Jure patr. n. 34.*
Lambert. p. 2. *de Jure patr. q. 3. art. 3.*
n. 3. Azor. p. 2. Instit. lib. 6. cap. 22.
18. & Palao Tract. 13. disp. 2. p. 4. n. 2.
idem de Juris patronatū quasi possessori,
post item super illius proprietate con-
statam clericum ad beneficium præfatu-
tante , tradentibus aperte sustinet Go-
zalez in c. *Querelam cit. n. 14.* Ratio eti-
quæ

quia lité contestata & pendente circa rem vel jus litigiosum, & circa ejus possesso-
nem in actoris vel rei præjudicium nihil
innovandum, sed omnia relinquenda sunt
in eo statu, in quo lites moveri cæptæ
tempore fuerunt, *Rubr. cum c. 1. Et fin.*
Ut lites pend. & ibi Holtiensi. in Summa
*n. 1. ac proinde juris eligendi quasi pos-
sessor ob item sibi motam super illius pro-
prietate, quamdiu lis pendet, sua posses-
sionis commodo & suffragio in electione,
tanquam juris quasi possessor fructu &
commodo privandus non est, arg. c. Lau-
dabilem 1. *Rubr. cit.* Confirmatur;
quia, hujusmodi juris eligendi possesso-
rem, etiam lites super illius proprietate
pendente, ad electionis suffragium ad-
mitti, exposcit periculum interituri com-
modi possessionis, si ipso non suffragante
electio celebretur & confirmetur: uti &
utilitas Ecclesiae & necessitas animarum,
quarum illi damno, his periculosa ple-
rumque est diuturna vacatio prælaturæ,
inducenda, si ad litis eventum electio &
electi confirmatio differatur, c. *Ne pro-
defectu 41.**

Neque tali juris eligendi possessori ob-
stat ex litis contestatione orta mala fides;
quia hæc mala non est verè; cùm, litis con-
testatione non obstante, jus eligendi iustò
titulò possidere, idque à se ita possideri,
existimare valeat: sed fidele duntaxat & in-
terpretativè quoad faciendam parti ad-
versæ, si vicerit, restitucionem fructuum, à
litis contestata tempore perceptorum &
pretiò æstimabilium, sive eorum, qui pos-
sessorum facere potuerunt locupletiorem
&, salvò possessionis commodò, restitui
in se vel quoad estimationem possunt:
cujusmodi fructus cùm in electione suf-
fragatio non sit, ea à vero bona fidei pos-
sore juris eligendi, sicut ante, sic & post
litis contestationem facta, non revocan-

da: sed confirmanda est favore Ecclesiæ
& animarum.

Neque resolutionem hanc convellit
relata decisio Innocentiana; quia hæc non
procedit de casu, quò, lites super eligendi
proprietate mota, collitigantium unus
est in possessione, cui propositæ dubita-
tionis resolutione adstruitur suffragium;
ut ejus accessione corroboratur & à majori
capituli parte celebrata electio, litis exi-
tu non expectat, valeat confirmari, De-
cius & Lambert. l. cit. Sed de casu,
quò lis mota & contestata est super eli-
gendi juris quasi possessione, in qua col-
litigantium unam partem esse constat:
altera verò ab illa se quasi possessione spo-
liatam esse, prætendit; hoc enim casu, si
ea, de cuius possessione constat, ad elec-
tionem, sicut Jure potest, procedat, al-
teram verò excludat, confirmatio dif-
fertur ad exitum litis, juxta c. *Cum ve-
niissent cit. ut, si pars exclusa se in posses-
sione fuisse eaque spoliatam, probabit, re-
stituatur, & ab altera celebrata electio,*
vel ejus propter bonum pacis accendentis
suffragiò corroborata confirmetur, vel ad

ejus tanquam contempta petitionem re-
scindatur, ut infra n. 88, statuetur. Si
verò in possessionis & spoliationis pro-
batione defecerit, silentium ipsi super
possessione imponatur & electio confir-
metur, *Gonzalez in c. cit. n. 6. Et in c.
Querelam cit. n. 14.*

Sexto demum, in electione suffra- 57.
gium extraneo competere potest ex præ-
laturæ vel dignitatis litigiosæ, cui eli-
gendi jus annexum est, apud ipsum facta
Sequestratione, ut colligitur ex *Clement.*
*Unic. juncta Glossa V. Beneficium De Se-
questr. fruct. Et poss. sequestro plenam be-
neficii curam, ejusque iurium exercitium
adtruente. Utad Rubr. cit. à num. 17.*
ostendetur,

ARTICULUS. IV.

De Personis Eligen-
dis.

SUMMARIUM.

58. Eligendorum qualitates.
 59. Eligi nequeunt infantes, impuberes,
 60. Laici,
 61. Neophyti,
 62. Heretici & Schismatici,
 63. Infames & Criminoi,
 64. Presertim Simoniaci,
 65. Beneficia incompatibilia retinentes
 fine dispensatione,
 66. Censurati,
 67. Etiam post Concilium Constantiense,
 68. Irregulares:
 69. Quorum electio non ipsò Jure ir-
 rita,
 70. Sed irritanda est.
 71. Eligi etiam nequeunt, quorum elec-
 tio cassata est ob vitium per-
 sonae:
 72. Adhibita tamen distinctione:
 73. Nondum profesi Religionem.
 74. Hanc Professi viri eligibiles sunt
 statim:
 75. Fæmine post expletum 8. vel 5. an-
 num à Professione.

98. Personarum ad prælaturas eligen-
 darum qualitates summatim com-
 plexus est Alexander III. in Con-
 cilio Lateran. edita &c. Cùm in
 cunctis 7. relata Constitutione: cuius pr.
 in perlonis, ad illas, & presertim ad Episcopatum, eligendis, Ætatis maturitas,
 Gravitas morum & literarum Scientia di-
 citur inquirendi; ut cum honore, ædifi-
 catione utilitatique publica curam anti-
 marum & Ecclesiarum administratio-

nem gerere possint: propter cujusmodi
 qualitatis aliquibus defectum SS. Canons
 à prælaturis & dignitatibus Ecclesiasticis
 arcent

Primo, furiosos, amentes, infantes
 pueros, c. *Indecorum 3. de Ætar. Iqua.*
 lit. cùm enim hujusmodi perlona gubernare nequeant se ipsas, eas regimini præ-
 dicere, non tantum indecorum, sed dam-
 nosum Ecclesiis & animabus periculosum
 fore: illegitimos, c. *Innotuit. 20.* &
 quoscunque laborantes vitio corporis,
 propter quod munere suo decenter fungi
 non possint, can. *Hinc etenim 2. dis. 4.*
 de quibus sermo redibit Tit. 17. § 20.
 totis.

Secundò, laicos, hoc est, Ordinem
 clericalem, aut faltem primam tonsuram
 non habentes, arg. à minori ad majus, c.
Cum adeo 17. de Rescript. &c. In Eccles.
ia 2. de Institut. & non habentes atatem
 quam exigit prælatura, c. *Cum in cunctis*
citat. de qua & ad prælaturas eligendorum
 Ordine, ex instituto agetur Tit. 14. à n.
 1. § n. 16.

Tertiò, Neophytes, hoc est, Je-
 dismo vel Paganismo ad Christianam
 Religionem nuper convertos; hi enim
 soli: non etiam, qui à multo iam tempo-
 re Fidem & Baptismum suscepserunt: &
 multò minus ex iam baptizatis nati, pro-
 priè Neophyti sunt, secundum *Summar.*
 & textus dis. 48. Turrecrematam, n.
Summar. cit. n. 2. Navarrum Manual.
cap. 27. n. 205. & Covarruv. in Clem. Si-
furiosis p. 1. §. 2. n. 7. & in Episcopos o-
dinari text. cit. & à S. Paulo prohibe-
tur 1. Timoth. cap. 3. § 2. ubi Oportet
inquit, Episcopum non Neophyrum esse:
& rationem reddit; Ne in superbiam el-
tus in judicium incidat diabolus, si prius
quodammodo spiritus ilis sue Navivitis
anno collatum in se honorem & potelle-
rem intuens se, quod pronum est, catena
digredi-

dignorem arbitretur. Accedit; quod vita Christiana Doctorem esse non expedit eum, qui nunquam didicit, fideles gubernare: qui Ecclesia gubernantis manueldinem nunquam est expertus, Barbosa de Offic. Episc. p. 1. Tit. 2. Gloss. 17. n. 5.

62. Quartò, Hæreticos, etiam postquam ab hæreli sunt absoluti, eorumque credentes, receptatores, defensores & fautores, ex iisque descendentes usque ad secundam generationem ex paterna, & primam ex linea materna, c. Quicunque 2. §. Heretici &c. Statutum 15. de Hæret. in 6. quibus Constitutionibus hujusmodi personam ad quodcumque Ecclesiasticum beneficium seu officium publicum promoveri prohibentur: & V. Hoc sane excipiuntur filii, quorum parentes poenitentes Ecclesiae reconciliati sunt, vel saltem ad poenitentiam jam parati deceperunt; cum enim per tales non stet, quod minus poenitentiam implant, id eis non debet imputari, ut cum Glossa fin. in c. cit. notat Sanchez Lib. 2. Moral. cap. 27. n. 26. Barbosa in c. cit. n. 8. & Engel bic n. 25. ubi isti & Laiman Lib. 1. Tract. Ep. 5. cap. 4. n. 12. cc. cit. dispositio- nes in Germania nostra aliisque partibus Septentrionalibus quoad Hæreticorum liberos, si hi probi & alia idonei sint, usu non receptam afferunt, ut pleniū tradetur Lib. 5. tit. 7. art. 5. in fine.

- Quintò, Schismaticos, etiam postquam Schisma abjurarunt, ut defumitur ex c. Quia s. ubi eorum aliquis electio dispensativa permittitur confirmari: & eos, qui à Schismatico sum ordinati, c. cit. quia suspensionem incurront, c. 1. & Fraternitatis 2. de Schismat.
63. Sextò, infames, non tantum infamia Juris, sive per legem aut judicis sententiam inficta, arg. 1 Unica C. de Infamib. & l. Neque 2. C. de Dignit. sed eti-
- am infamia facti sive, quorum existimatio apud viros probos & prudentes graviter laesa est, propter publicam notitiam sive opinionem criminis commissi, c. Inter 11. de Excess. Pralat. Cujusmodi sunt sacrilegus, arg. c. Venerabilis 34. pr. V. Nunquid ibi Sacrilegum quicumque, cum talis ab aliis actibus legitimis repellatur, can. Nulli 3. q. 4. falsarius literarum Apostolicarum, c. Ad falsiorum 7. de crimine falsi: publicus aleator & usurarius manifestus, c. Inter cit. perjurus, c. Querelam 10. de Jurando, reus frequentati criminis Sodomiæ; cum enim istius frequentatione clericus dignitate, beneficiū &c. jam aquistis privetur, Constitutione Pii V. que incipit Horrendum edita 3. Septemb. 1568. multò magis impedietur ab eorum aseccutione, ut rectè arguit Laiman de Elect. Pralat. q. 53. ambitiosus, sive qui in electionem sui, tanquam jam factam, ante formatum & publicatum electionis decretum consensit, c. Cum post 46. ubi Glossa V. Requisitum & Barbosa n. 2.
- Septimò, ex criminosis specialiter 64. eligi nequit Simoniacus, can. Cavendum 1. q. 7. &c. Super eo 12. hic; ut ejus, qui pecunia vel alia re temporali datâ suff agita consecutus est, electio irrita sit, Extravag. 2. V. Per electiones & V. Statuentes de Simonia, quantumvis res temporalis non ab ipso electo, sed eō ignorantie, ab alio sit data c. Si alicuius 5. hic &c. Mattheus 23. de Simonia: nisi data sit in fraudem electi, aut iste contradixisset, c. Nobis 27. &c. Sicut 33. eodem Tit. Imo simoniace electus ad eandem prælaturam ineligibilis redditur pro ea vacatione, & donec simonia vitium purgatum sit per interpositam personam aliam: quā demū mortuā, renuntiante &c. ad eam denuo eligi potest, c. Si alicuius cit. Laiman & Barbosa in c. cit. uterque n. 3. Garcias de Benef.

de Benef. p. 8. cap. 1. n. 8. § 56. & Suarez
de Simonia cap. 58. n. 9.

Octavò, qui tempore electionis sine
dispensatione simul retinet plura benefi-
cia curata, personatus aut dignitates, c.
Dudum 54. §. Verum V. Nos igitur, &
multò magis Extravag. Execrabilis 2. §.
Porro de Prelend. Joan. XXII. ubi talis
redditur inhabilis ad quæcumque benefi-
cia obtinenda, Glossa in c. Dudum cit. V.
Electio tempore & Panormitanus ibid.
num. 1.

Nonò, irrectitos censuris Ecclesiasti-
cis: & imprimis quidem excommunicati,
non tantum excommunicatione ma-
jori, quorum electio irrita est ipsò Jure,
c. Postulatio 7. & c. fin. de Cleric. ex-
com. &c. quia tales incapaces sunt omnis
beneficii & juris Ecclesiastici, & multò ma-
gis prælatura acquirendæ, Navarrus cit.
cap. 27. num. 1. Covarruvias in c. Alma-
p. 1. §. 7. n. 1. & Suarez de Censur. disp.
13. f. 1. n. 2. sed etiam minori, quā ligati,
si scienter eligatur, elections irri-
tandas, cum Glossa in c. fin. cit. V. Scien-
ter docet Joan. Andr. in c. cit. n. 5. cùm
enim privatus sit Sacramentis, ad ea mi-
nistrandæ eligi non debet, Covarruvias
n. 1. & Suarez disp. 24. f. 2. n. 22. Deinde,
suspensiæ officio aut beneficio, c.
Cùm dilectus 8. de Consuet. c. Bone 8. De
estate, Glossa in c. Cupientes 16. V. Bene-
ficiis in 6. Ratio est: quia nemo eligi po-
test ad susceptionem officii, cuius exer-
citium: aut beneficii, cuius administra-
tio & fructuum perceptio ipsi est inter-
dicta, c. fin. cit. juncta Glossa V. Privatus;
ne, ut ibi dicitur, quod una via amittit,
per aliam consequatur, Laiman in c. Di-
lectus cit. n. 5. Garcias p. 7. de Benef. cap.
24. num. 1. & Palao Tract. 29. disp. 4. p.
3. §. 1. n. 2. & 3. suspensiæ electionem ipsò
Jure irritam esse, desumentes ex c. Bone
cit. Ubi beneficia à suspensiæ obte- li-

cità retineri non posse habetur. Deni-
que etiam personaliter interdictos ineli-
gibles esse, arg. c. Dilectus & c. fin. cit.
docet Sylvester V. Electio 1. q. 14. & mul-
tò magis interdicti temerarios violato-
res: à quibus suis electionis, tam Pafiva
quā Activæ; amitti, ex c. 1. de Postul. prel.
c. fin. de Excess. Prelat. & c. Is quā 8. §.
verò de Sent. excom. in 6. cum eodem &
Hostiensi in Summa hic num. 9. docet
Laiman de Elec. prelat. q. 52. in fine &
Donatus Tom. 2. Prax. Regul. Tract. 1.
queas. 18.

Atque hujusmodi censurati voca-
Passiva in electionibus ad prælaturet in-
capaces sunt, quantumvis neque denun-
ciati, neque notorii clericorum percul-
res; ac proinde non vitandi, sed tolerati
sunt; quia Extravag. Martini V. qui in-
cipit Ad evitanda, directe nullus favor
ipsiis centuratis, etiam toleratis, est conce-
sus, ut ad hanc Rubr. recte adveniat
Pirrhing n. 10. & Engel n. 22.

Decimò, irregulares, sive ex defectu
sive ex delicto tales sint, ad prælaturet
eligi non posse, sicut DD. assertio cetera:
ita incertum est, quò Juris textu eli-
prohibeantur; cùm iis, qui contra ipsa-
solent allegari, vel de suspensiæ, ut c. lo-
ter 16. hic & c. Bonæ 8. de Etat. vel de
excommunicatis, ut c. Postulatio 7. &
fin. de Cleric. excom. ministr. vel, ut a
Henricus 1. de Cleric. pugn. in duello &c.
Is cit. 18. §. Is verò de Sent. Excom. in 1.
de certa aliqua, vg. ex homicidio vel re-
meraria censuræ violatione &c. ita:
non generaliter de quacunque & unde-
cunque proveniente irregularitate fermi-
sit, ut accurata singulorum ponderatione
ostendit Suarez disp. 40. de Censur. f. 2.
& n. 30. Non deest tamen in Jure ful-
data ratio, quā eorum ineligibilitas evi-
catur; cùm enim beneficium derur pro
pter officium, c. fin. de Rescript. in 6. ad
prælate

prælaturam eligi Jure nequit, qui ei annexi, & per Divinorum celebrationem & SS. Ordinum usum exercendi officii, non est capax, ut ejus capaces vel maxime non sunt irregulares, à sacrorum Ordinum susceptione & susceptorum uero perpetuo impediti, arg. c. *Significati* 18. de *Homicid. Sylvester V. Irregularitas pr. & Navarrus Manual. cap. 27. n. 191.* Ubi

69. In dubium vocari potest, an irregularis electio irrita sit ipso Jure; quod, licet calculo per quam frequenter afferant DD. Jure tamen non reperitur expressum, & aliatâ ratione non evincitur; cum enim prohibitio & irritatio legislativæ potestatis diversi actus sint, electionis de irregulari celebratae nullitas, ex ejus, atque etiam collationis beneficii personæ ad officium inhabilis facienda, prohibitione ritè non infertur; præsertim cum prælatura jam obtenta cum irregularitate superveniente simul confitere, & in ista dispensationem impetrare valeat, qui ad illam est electus. Accedit; quod sicut irregularitas non nisi in casibus Jure expressis admittenda, ita ei tribuendi non sint effectus, qui illò non sunt expressi.

70. Quare verius, electionem personæ irregularis cassandam quidem, non tamē ipsò Jure irritam esse, sustinent Innocentius in c. *Cum nostris 6. de Concess. prob. n. 1.* Francus in Reg. 1. in 6. n. 5. & alii, quorum sententiam probabilem vocat cit. Suarez n. 35. & fecuti sunt Diana p. 4. tratt. 2. resol. 79. Palao Tratt. 29. disp. 5. p. 6. n. 7. & Passerinus de Elect. cap. 25. n. 315. ex ratione allata. Cui non leve pondus addit textus c. *Si soli 6. de Concess. prob. in 6.* cuius notatu digna dispositio est, prohibitione Apostolica collationis, ac proinde etiam electionis, eam factam non irritari: nisi prohibicioni decretum irritans sit adjunctum; cum ergo electionis de persona irregulari celebranda prohibitioni ejusmodi de-

cretum vel clausula adjuncta non sit, ea de irregulari celebrata Jure subsistet. Irritanda tamen erit, arg. c. 1. de *Astat. & qual.* non solum; quod facta sit contra Juris prohibitionem: sed, quod ejus etiam, utpote de persona ad officium ob eundum inhabili facta, confirmatio superiori non sit permissa, ut ex c. fin. cit. deducta ratio evincit.

Undecimò, cujus electio irrita & cassata fuit propter vitium personæ: quod 71. argumento à contrario ductò ex c. *Super eo 12.* colligunt & generalis Regulæ instar ibi cum Glossa V. Personæ tradunt Barbosa n. 2. & Miranda Tom. 2. *Manual. prelat. q. 23. art. 11. conclus. 5.*

Sed melius in c. cit. cum Innocentio n. 1. & Panormit. n. 7. Laiman n. 2. quantumvis eum, cuius electio non ob vitium personæ, sed aliam ob causam, vg. propter vitiosum processum, excepta tamē labi Simoniae, caeca fuit, denou eligi posse, desumat ex c. cit. textu: calu tamen, quod ea cassata fuit ob vitium personæ, utitur distinctione; vel enim electio cassata fuit ob vitium corporis, vel animi? Si cassata fuit ob vitium corporis, vg. propter morbum vel etiam ætatis, natalium aut alium defectum non culpabilem personæ: & vitium illud perfectè emendatum & defecatum sublatum esse constat, eum ad eandem vel aliam prælaturam eligi posse, rectè colligitur ex c. *Cum inter 2.* ubi de eo, cuius electio impugnata fuit; quod propter morbum epilepticum jam semel fuerit repulsus. Papa solū inquire justit, an morbo illo etiam secunda electionis tempore laborarit. Ratio est; quia, cessante causâ, cessare debet effectus, c. *Cum cessante 60. de Appellat.* Si ob vitium animi sive crimen cassata electio fuit, eligi amplius non potest, saltem sine dispensatione superioris, & præmissa cognitione de persona habilitate præsen-

Kk ti, arg.

ti, arg. à contrario ex c. Super eo cit. & arg. à pari ducto ex c. Post translationem n. de Renuntiat. ex cuius dispositione, qui prælatura renuntiavit, aut renuntiare coactus, vel ab ea depositus fuit propter conscientiam criminis, ad eam iterum eligi non potest. Ratio est; quia per repulsam electionis, renuntiationem, depositionemve propter personæ crimen factum, graviter lata est ipsius existimatio; quæ eum eligi facile non permitit; quia temel malus semper præsumitur esse malus, Reg. 8. in 6. aut saltem in eodem mali sive delicti genere suspectus, l. Si cui 7. §. 2. ff. de Accusat. Tholosan, de Elect. cap. 9. n. 22.

73. Duodecimò, eligi ad Abbatiam vel aliam prælaturam Regularē non potest, qui eius Religionem non est professus, c. Cum in Magistrum 49. cuius pr. ratio redditur; quod in Magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpt: nec sit præficiendus, qui subesse non novit: cui confronat c. Officii 38. V. Nos autem. Professus autem esse debet Regulam, non quamcumque, sed ejus Ordinis, in cuius prælatum est eligendus, Clement. 1. pr. ubi alter facta electio dicitur irritatur, & redditur ratio; quod ratione non congruat, ut homines disparis professionis vel saltem habitus simili in iisdem monasteriis socientur, citt. Miranda conclus. 4. Donatus tract. 5. q. 1. & Tamburinus Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 5. q. 11. Etsi vero antiquo sufficeret tacita: modernò tamen Jure exigetur, ut in eiusmodi Ordine Religioso edita sit professio expressa, c. Nullus 28. in 6. & Trident. sess. 25. cap. 21. de Regular. & hujusmodi professioni præmittatur annus probationis expletus, sess. cit. cap. 15. quibus decretis via præclusa est ambitioni & obviam abusui, Religiones ingredientium solo intuitu prælatura-

rum: ad quas, ut assumi possent, non ror post unum alterumve menem, &c. quando hebdomadem, Religionem sum professi, teste Navarro Consil. 62. de Regular. & Laiman, in c. Cum in Magistrum cit. n. 1.

Post exactum tamen integrum probationis annum Religionem expeditus, licet monasterii necessitate vel utilitate poscente eligi statim valeat, innocent. in c. Officii cit. & Passerius de Elect. cap. 25. n. 340. Ordinarii tamen non expedit; cum, ut dictum, non debeat assumi in magistrum, qui discipulus vix esse capi: & S. Hieronymi salubrimum monitum sit: Multo tempore disce, que postmodum doceas, can. sic vix &, Ne miles antequam Tiro, ne prius magister quam discipulus, can. Si elevatus 16. q. 1.

Moniales, eti antiquò, virorumistar, ipsæ quoque statim: modernò tamen Jure in Abbatissas, Præpositas, Priorissas eligi nequeunt, nisi post editam professionem expressam osta vel saltem quinque annis in Religione laudabiliter vixerint, ex decreto S. Synodi Tridentina sess. 25. cap. 7. de Regul. declarata infra n. 232.

Quā etate & aliis qualitatibus præditum esse oporteat, qui per electionem ad prælaturam aliamve dignitatem Ecclesiasticam assumendum est, statuetur Tit. 14. quō totò de iis ex instituto agendum erit.

ARTICULUS V.

De Electorum Vocatione ad Electionem.

SUMMARIUM.

76. Ad electionem, prefixo ei termino vocandi omnes,

77. *Qui interesse debent,*
 78. *Et volunt,*
 79. *Et boni viri iudicio, commode pos-*
sunt.
 80. *Absentibus itineris sumpitus presat*
prælatura :
 81. *Nisi privati commodi causâ absint,*
 82. *Aut illius vacantis bona aliqua oc-*
cupârunt.
 83. *Vocandi autem juxta morem Ec-*
clesie,
 84. *Aut ex omni loco, ex quo vocari &*
adesse commode possunt:
 85. *Et ferè usque ad lapsum termini*
expetandi sunt.
 86. *Plus quam tertia parte non vocatâ,*
irritâ :
 87. *Raucioribus non vocatis, valida e-*
lectio est :
 88. *Sed rescindi potest,*
 89. *Etiam ad successoris,*
 90. *Et aliquando ad capituli perito-*
nem,
 91. *Et post electi confirmationem.*
 92. *Ex officio à superiore non rescindi-*
tur.
 93. *Ex contemptu agens non ipse citâ-*
tionis negationem :
 94. *Sed illius insinuationem capitulum*
probat,
 95. *Nuncii, illam factam testificantis,*
jurata assertione.
 96. *Aliquibus recentibus eligunt re-*
manentes :
 97. *Nisi essent numerô pauciores :*
 98. *Tribus casibus exceptis.*
76. **P**raelatura, Seculari vel Regulari, per pralati obitum aut aliò mo-
 dō vacante (non antē, c. Quia propter 42, ibi Ecclesiis viduatis) celebra-
 ntes electionis diem, juxta Ecclesiarum consuetudinem, vel præfigit capi-
 tuli Decanus, Prior, aut his absentibus
- Senior: vel, quod magis conforme Juri,
 c. Cum inter 18. & ulu receptum passim
 est, ab illorum aliquo convocati canonici
 aut conventuales, qui in loco præsentes
 aut non procul absentes sunt, capitulari-
 ter decernunt: eumque electoribus ab-
 sentibus intimant per literas vel nuntium,
 ad hoc specialiter deputatum, Tholo-
 fanus de Elec. cap. 14. num. 1. monens,
 ejusmodi intimationis seu citationis lite-
 ris exprimendum diem, horam & locum,
 in quo de futuri prælati electione sunt
 tractatur, & adjectâ clausulâ, singulos
 admonendos, electionis negotium con-
 stitutò aut, si id ex causa aliqua differri
 contingat, proximò quod poterit die, ip-
 sis etiam absentibus & amplius non vo-
 candis, inchoandum ac perficiendum.
- Vocandi autem ad electionem sunt
 Omnes, qui debent & volunt & commode 77.
 possunt interesse, textus est c. Quia pro-
 pter 42. cit.
- Dicitur autem c. cit. imprimis, Qui
 interesse debent, hoc est, qui suffragii
 jus habent de Jure, sive communis sive
 speciali: vel saltem sunt in ejus pacifica
 quasi possessione, Glossa in c. cit. V. Qui
 debent; ne usu sive exercitiō juris sui &
 quasi possessionis commodò sine causa
 quispiam privetur. Non tamen cano-
 nici aut alii ob ætatis vel sacri Ordinis de-
 fectum, vel ob cenfuram, vel aliam cau-
 sam suffragio ferendo etiam pro ea tan-
 tum vice notoriè impediti; cum tales
 frustra vocarentur, Panormitanus in c.
 cit. n. 3.
- Deinde, Qui volunt; qui enim ex 78.
 electoribus legitimis electioni interesse
 nollent, ad comparendum in ea compelli
 non possent; cum juri suo renuntiare qui-
 vis possit, c. Si de terra 6. de Privilegiis:
 nisi forte Ecclesia damno la ejus absentia,
 vel præfentia valde utilis foret: vel ex
 consuetudine aut statuto speciali inter-
 cit. n. 3.

Kk 2 esse le-

esse legitimè non impediti omnes tene-
rentur, Idem n. 4. & Sylvester V. *Elettio*
1. q. 5. num. 3. Extra hunc casum au-
tem, quibusdam interesse nolentibus,
itaque juri suffragii pro ex vice renunti-
antibus, præientes quantumvis numerò
pauciores, si de absentia voluntate
conite, & electionis terminus eset pro-
pinquus, ad electionem procedere pos-
sunt, ut ex c. *Cum nobis* 19. cum *Glossa*
V. Alienos desumit Panormitan. num. 10.
Ratio est; quod eligendi jure uti, cum
possent, recusantes in numero electorum
non censeantur, totaque potestas capitu-
laris residat penes præsentes, c. *Quod*
sicut 28. pr. V. Si autem, etiam si unicus
eset; quia tali casu totius collegii jus ad
unum rediret, arg. I. *Sicut* 7. §. fin. ff.
Quod cuique Univers. &c. Innocentius
in c. *Nobis* cit. n. 6.

79. Demum, Qui commode possunt;
quia, qui vocari aut comparere, vel ab-
solutè, vel sine ipsorum & præsertim Ec-
clesia periculo, propter metum factio-
num, schismatis aut intrusionis laicæ po-
testatis non possint, exceptandi, immo vo-
candi non sunt, V. Si autem cit. ibi, Si
sine periculo posuerunt convocari; quia
tali casu publicum bonum Ecclesie præ-
valere debet particulari privatorum, se-
cundum *Novell.* 39. cap. 1. V. *Sancimus*
Panormit. in c. *Coram* 35. *Passerin. de*
Elett. cap. 11. n. 33. & *Pirrhus ad* *banc*
Rubr. a n. 127.

Quantumvis autem in dubio, an
quis vocari & interesse commode & sine
periculo vel damno Ecclesia possit, vel
non, boni viri sive Præsidis capitulo, tan-
quam in ea re judicis, locorum rerumque
circumstantias considerantis, arbitrio de-
terminari possit, Sylvester V. *Elettio* 1.
q. 3. *Barbofa Juv. Eccles. lib. 1. cap. 19.*
n. 89. & cit. *Passerin. num. 34.* peracta
tamen electione, an qui vocatus non es.

vocari & interesse commode non poter-
rit, pronuntiare pertinet ad eum, cuius
est electionem, examinato ejus processu,
confirmare; saltem, si de suo contemptu
non vocatus agat & electionem rescindi-
petat, ut colligitur ex c. fin. in 6. *Panom-*
rit. n. 2. Ex hac tenus dictis
Dubium oritur primò, quis capitu-
lari absenti ad electionem vocato pralla-
re teneatur expensas suæ profectionis ad
illius locum. Cui aniam præber c. II.
præterit 45. quod relata Honori P. III.
Constitutio est, Ut expensæ necessariae,
quas capitulum Constantinopolitanum vel
ejus nunci sede vacante pro electione
negotio fecerint, ex bonis Patriarchatus
vel alterius Prælature, *Glossa* in c. cit. II.
expensæ, fiant totaliter vel reddantur.
Ratio est partim; quod regulariter ei
pensarum onus subeat is, cuius negotium
geritur, arg. I. fin. C. de Statu & im-
partim vero; quod officium suum nō
mini debeat esse damnum, c. *Cum non*
deceat 30. pr. in 6. damnum autem u-
tique foret electoribus, si pro electione
negotio factæ expensæ de prælatura re-
ditibus ipsis non præstarentur aut refu-
derentur. Unde capitulo absenti, ve-
cato ad electionem, profectionis sumpus
ex prælatura bonis præstande videntur.
Sed hac in re cum Holtiensi, in *Summa*
n. 31. §. *Quid* juris discrimen statuendus
est inter causas absentia; quantumvis
enim ejusmodi expensæ præstanda sit
refundenda sint canonico capitulo, i.
loco Ecclesie suæ propter illius vel præ-
laturæ utilitatem absenti, c. cit. uti &
electionem jam factam profectibus &
agentibus pro ejus confirmatione, c. *Co-*
pientes 16. §. *Aduac* in 6. quod ratio do-
ducta omnino evincit: præstanda tam
aut refundenda non sunt ei, qui pro la-
tum voluntatis arbitrio & sui tantum
comme-

commodi causâ ab Ecclesiæ loco recessit ; quia vi c. Ut præterita cit. capitulo præstandæ sunt solæ expensæ necessariae : quales Ecclesiæ tantum vel prælaturæ , non etiam privati commodi intuitu factæ sunt ; cum tali ipsius tantum gratiâ & favore concessum sit, ut ab Ecclesiæ suæ loco abesse ad tempus possit, Lai man in c. cit. n. 2. & cit. Pirrhing n. 154. Ut adeo canonico sui tantum commodi causa absenti satis esse debeat, quod de prælatura redditibus prætentur sumptus , qui sunt in nuncium, à Capitulo expeditum ad insinuandum sibi diem electionis.

§2. Excipiuntur etiam c. cit. & de bonis prælaturæ in electionem factæ expensa præstandæ non sunt canonicas, qui bona five res mobiles prelati, qui deceffit, occupant vel usurpant ; cum enim tales ad hujusmodi bonorum restitutionem tenentur , c. Quia sœpe 40. in 6. quod loco tales usque ad acceptorum plenam restitutionem ab officio & beneficio sunt suspenesi, expensarum etiam necessiararum in electionem factarum præstationem aut resarcitionem petere nequeunt : nisi quatenus in eam factæ expensæ excedunt quantitatem bonorum acceptorum, Joan. Andr. in c. Ut præterita cit. & ibi Lai man n. 10.

Non damanda tamen est, ubi vigeret, antiqua consuetudo, vi cuius electoribus indiscriminatum omnibus certa aliqua quantitas de vacantis prælaturæ redditibus exhibetur intuitu sumptuum, quomodocunque factorum in negotio electionis, arg. c. fin. de Consuetud. cùm talis consuetudo ullo Jure non reprobetur: eique non officiat; quod ex officio & ratione canonicatus ac præbendæ sua ipsi incumbat electio prælati; quia sœpe quid debetur ex officio, quod tam non propriis sed alienis ejus, in cuius gratiam sit, sumptibus præstatur; sic enim, licet

propriae diœcesis Ecclesiæ consecratio & visitatio pertineat ad officium Episcopale, expensas tamen illarum occasione factas seu procurationes Episcopus Jure percipit ab Ecclesiæ consecratis & locis visitatis, c. Cùm sit Romana 10. de Simonia c. Cùm olim. 19. c. Procurat ones 23. Eccl. de Censib. Exacti. Procurat. ut in c. Ut præterita cit. notant Joan. Andr. in fine, Panormit. num. 4. & Lai-

man n. 2.

Dubium secundum est, quām procul 83. distantes vocandi sint ad electionem: in quo admodum variant DD. quidam enim cum Innocentio in c. Quia propter cit. n. 10. omnes ubicunque, dummodo non in loco ultra duas dietas remoto, absint, arg. c. Nonnulli 28. de Prescription. Alii eos solū, qui in eadem provincia, hoc est, Archiepiscopatu sunt, vocandos consent, propter textum c. Coram 35. ibi, Omnibus, qui fuerint in Provincia, convocatis; quod tales quodammodo præsentes sint: extra illam verò existentes pro absentibus habeantur, l. fin. c. de Prescription. longi temp.

Alii &, mēd. judiciō, melius cuiusque Ecclesiæ consuetudinem servandam, assertunt cum Gloisa in c. Cùm inter 8. V. Remoti & Panormit. ibi, n. 4. sive dein consuetudo sit, ut à loco absentium nemo, sive ut ex locis etiam valde remotis, qui intra permisum à Jure tempus adesse possunt, omnes vocentur: sicut in Gallia omnes intra regni fines existentes vocari, c. In genesi 55. habetur Lai man in c. Coram cit. n. 3. Seclusa autem speciali 84. consuetudine & spectatō Jure communī, vocandes ad electionem censeo absentes omnes, sive ii intra, sive extra provinciam existant, qui, consideratā locorum distantia aliquaque circumstantiis, vg. itinerum, periculorum, & præsertim necessitatis Ecclesiæ commodè vocari, & ad præ-

Kk 3 fixum

fixum atque à Jure permisum terminum
ad eis posse, arbitrio boni viri judica-
buntur, ut colligatur ex c. *Cum inter 18.*
e. Quod sicut 28. & c. Bona 36. obi Ca-
nonicus, qui Rhegii degebat, ad elec-
tionem vocatus est Cremonam: quæ est
civitas provinciæ diversæ.

Neque in contrarium facit; quod
e. Coram cit. ad electionem proceden-
dum afferatur, convocatis Canoniciis,
qui in provincia fuerint; quia textu illo
hoc specialiter dicitur vel, quia id exi-
gebat particularis Ecclesia consuetudo:
vel; quia eō casu omnes in provincia &
non procul aberant; vel; quia ob par-
ticulares circumstantias videbantur o-
mnes, qui in provincia erant, vocari
commodè posse. Unde eius dispositio
locum non habet, quando intra provin-
ciam valde amplam existentes procul,
aut extra illam absentes non procul à lo-
co electionis distant, ut ibi cum Glossa
V. In provincia notat Barbosa n. 2. Lai-
man l. cit. & Donatus Tom. 2. Prax. Re-
gul. tratt. 4. q. 15. n. 1.

Dubium tertio est, an casu, quod
præfixo longiore termino vocantur, qui
propter distantiam vocandi non essent,
a præsentibus ad electionem procedi an-
te prædictum terminum possit. Affir-
mat id Panormit. in c. *Cum inter 18. n.*
11. eā permotus ratione; quod remo-
tiores vocandi non sint favore Ecclesiae:
cujus proinde intuitu electionem matu-
rate præsentes poterunt, et si nequeant
suō. Sed, et si hoc verum sit casu, quod
illam maturati exigit necessitas Ecclesiae:
casu tamen, quod præfixus terminus sine
ullo istius præjudicio expectari & electio
intrá præscriptum à Jure tempus peragi
poteat, probabilius ad electionem ante
illius termini lapsum procedi non posse,
cum Glossa in c. cit. V. Assumentis de-
fendunt Laiman in c. n. 3. & Firthing l.

cit. n. 134. quod tali casu terminum lon-
giorem pro suo libito assignare ipsis Jo-
ra permittant. Unde, cum breviorum
potuerint, longiorem statuendo, suo
potius, quam Ecclesiæ favori renun-
ciant, locusque est arg. c. Si de terra ci-
& Regula, Quod semel placuit amplius
dispicere non potest, quæ est 21, in 6. in
remotiores julte queri possint, se voca-
tionis beneficii deceptos, contra Regu-
la Unici de Commodo: &, si non tan-
quam contempti ad electionis refutatio-
nem, saltem ad interesse, hoc est, ad com-
penstationem damni, si quod passi sunt,
& refusionem expensarum agant: quod
posteriorius ipsis etiam Panormit. l. cit.
non negat.

Neque obstat; quod c. *Cum int*
cit. absentiis, qui vocati erant, electio
maturata sit a præsentibus; quia id fa-
ctum est ab his mandato Papæ: &, qui
periculum ex mora timebatur, ut colla-
gitur ex textu & notat Firthing l. cit.

Dubium quartò est de valore elec-

tionis, ad quam electorum unus vel
plures, qui ei interesse debuissent, vo-
luissent, & commode potuerint, non
vocati, aut post vocationem non fure-
ntur admissi. Quia in re distinguendi sunt
duo casus. Unus, quod contemptu illorum plus, quam tertia pars; hoc
nim casu electio ipsò Jure irrita est; non
quidem propter contemptum: sed eo
defectum potestatis eligendi, residens
in duabus partibus eorum, qui debent
& volunt & commode possint intercedere.
Innocentius in c. *Cum nobis 19. n. 2.* &
Panormit. in c. *Quia propter cit. n. 11.*
Alter, quod pauciores vel unus tantum
est contemptus: quod casu electionem quidem,
quando duabus partibus praeceditibus & majori numerō (istorum & a
contemptu absentium simul sumptorum
ut Lib. 3. Tit. 11. n. 15. statuetur) celeb-
ta est.

ta est, ipsô jure validam esse, non obsecrè defumitur ex eo; quòd contempsus eam suò consensu valeat confirmare, c. Quod sicut 18. pr. V. Quod si, ibi, Nisi propter bonū Pacis curaverint consentire. Ratio est; quia, quod major pars capituli praesentis decrevit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, ut arg. I. Quod major 19. ff. ad Municipal. cum Innocentio in c. Cum nobis 19. n. 6. docet Laiman. de Elec. q. 37. Neque ita celebrata electionis valori obesset, si quod extaret, Ecclesiæ statutum, aliquibus contemptis à capitulo gesta irritans; quia ipsum hujusmodi statutum, si communī Juri per interpretationem non conformetur, valore delitui, cum Panormit, in c. Quia propter cit. n. 12. V. Nec valeret, cit. Tit. 1. n. 10. ostendam.

88. Nihilominus contempti, sive unus sive plures sint, illatas sibi injuriant prosequi & petere à superiori possunt, ut electio facta rescindatur & ad novam procedatur, V. Quod si cit. junctā Glossā V. Consentire. Imo, si eligendi jus contemptu competeteret ratione Prælatura vel alterius dignitatis, ipsō mortuō, de contemptu ad electionis rescissionem agendi jus successori, cum Glossa cit. adstruit Panormit, in c. Quod sicut cit. n. 10. & n. 11. quòd hujusmodi contemptu injuria illata sit non magis persona, quam prælatura, illius obitu non extincta, c. Si gratiosè s. de Rescript. in 6. ac proinde cum prælatura, sicut cetera, sic etiam eligendi & de contemptu agendi
89. jus transeat ad successorem. Aliud est, si jus illud mortuo competitiviter ratione canonicius seu præbenda capitulois; cùm enim tali casu mortui jura non transeant ad successorem: sed ad capitulo arg. c. Relatum 12. de Testamento. ejus, ad electionem non vocati & contempti, injuriam prosequi possunt
90. Porro à contempto & aliis, qui il latam ipsi injuriam persequendi jus habent, de contemptu & ad electionis rescissionem agi etiam post electi Confirmationem potest, c. Quod sicut cit. ubi ab Innocentio III. propter aliquorum contemptu decreta est cassatio electionis Archiepiscopi, jam confirmati & consecrati, ut ibi cum Innocentio n. 4 & Joan. Andr. n. 17. notat Panormit. n. 3. Ratio est; quia confirmatio innititur electioni, tanquam canonice & legitimè factæ, arg. c. Qualiter 17. in fine. Unde, hac ob contemptum vel alium defecatum cassatā, etiam illa cadit.
- Excipiens tamen est casus, quod contempti ante confirmationem publico edicto moniti, juxta c. fin. in 6. electio nem, donec confirmata sit, impugnare distulerunt; ita enim Juri suo censemur renuntiāsse, & postea agere voluntates, merito repellerenter, Panormit. ibid. n. 3. & Laiman. n. 9.
- Dubium est quinto, an contemptu 92. injuriam sibi factam, vel expresse vel tacite, scilicet dissimulando, remitten te, electionem superior ex officio, vel petente electi adversario rescindere pos sit. Affirmat id quidem Glossa in c. In genesi 55. V. Nec premissis. Sed melius id ordinari posse, negant cit. Panorm.

n. 10.

n. 10. & Laiman n. 8. quod Regula à DD. recepta sit, quando de privato solum favore agitur: & is, cuius interest, jus suum non prosequitur, judicem officium suum non posse impetrari, prout defumitur, ex l. Dies 4. §. 8. ff. de Damno infesto. Cùm ergo in proposito casu a-gatur de favore privato ipsius personae contempta, hòc ipso; quod ista contemptum remittendò juri suo renun-tiare & electionem ratificare possit, V. Quod si cit. eò non agente, electio pro-prier eius contemptum rescindi non pote rit à superiori.

93. Dubium sextò est de contemptū probatione: quæ licet primo intuitu in-cumbe videatur ei, qui ex contemptu agit, & electionem petit rescindi; cùm in illo se fundet: probare autem quilibet teneatur fundamentum sue intentionis, l. Ei incumbit 2. junctā Glosā V. eodem ff. de Probat.

94. Re tamen accuratiū ponderatā, non se contemptum actori: sed, eum ad electionem in tempore legitimè vocatum, probandi onus capitulo incumbit; cùm quia ex contemptu agens intentionem suam fundat in negativa, se scilicet ad electionem non vocatum: factum autem, votacionis seu citationis, negantis per rerum naturam probatio nulla sit, l. A-gor 23. C. de Probat. & c. Bona 23. §. Contra ubi Glossa V. Per naturam & Pa-normit. à n. 13. tum verò; qui præsumptio militat pro eo, qui ut ad elec-tionem vocetur, jus habuit, & illi non interfuit; ut non interfuisse præsumatur, quod non fuerit vocatus; cùm votacio seu citatio sit quid facti, quod non præsumitur, sed est probandum, l. In bello 12. §. 2. ff. de Captivis & poftl. Meoch. Lib. 2. presump. 22. n. 1. & Mascard. de Probat. conel. 240. n. 4. & contraria, juris sui negligens, quis fuisse non præsumatur,

arg. l. Cùm de indebito 25. pr. ff. de Probat. Glossa in c. Quod sicut cit. V. Vota-to ubi Panormit. n. 8. & Barbosa n. 7.

Probari autem citatio à capitulo potest, si de ejus vel præsidis commis-sione conser, nuncii citationem electo-abfenti intimatam asserentis, testimoniū juratō, arg. l. Magis puto 5 §. 13. ff. de Reb. eorum, qui sub cura, Gleba in c. Cùm parati 19. V. Suis nunciis, u Appellat. Vanormit. in c. cit. n. 4. Bafin de Elect. p. 3. cap. 11. n. 3. Si, inquam, de citationis commissione conser; quā hanc factam, nuncii solius testimonio plena fides non habetur; quod ei de fe-do tantum proprio, ad officium summa-pertinente, non etiam de alieno testificati, plena fides habeatur, ut cum Felino in c. 1. de Judicis n. 13. & aliis Lib. 2. ita. n. 10. dicetur.

Quodsi citatio, quā legitimè com-missam constat, ad abfentem electorem non pervenerit, actioni de contem-plocus non est adversus capitulum; cùm hoc sit extra omnem culpam. Agere re-men non citatus poterit aduersus noti-cium vel istius iniquum detentorem, co-jus dolō vel culpā citatio omissa à mu-cio, vel iste cum citationis literis eli-terceptus, Passerin. cit. cap. 11. n. 12.

Dubium septimò est, an casu quā ex votatis aliqui in loco & die electiū non comparent, præsentes procedere possint. Hos, quantumvis numerò pa-ciores sint, ad electionem procedere pos-sent saltem, si absentes se interesse nolle expressè protestentur, clarè defumant ex c. Cùm nobis 19. ubi, qui interesse no-luerunt, alienos se fecisse, hoc est, ex tra electorum numerum se constituisse, dicuntur, Glossa in c. cit. V. Aliens & Laiman in c. cit. n. 3. Idem ipsis per-missum, si electioni destinatum diem per-legitimam citationem ipsis immoratu-conterit.

constet, docet idem Laiman n. 4. Ratio est; quia tali casu comparere nolle, ac proinde juri suffragii pro ea vice renuntiare, & de numero electorum non esse censentur; ut adeo eos denuo vocare non sit necesse; quia eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet, Regula la est 31. in 6.

97. Casu autem, quo capitularium legitime congregatorum aliqui à loco & tractatu electionis sponte & non reddituri recedunt, opus est distinctione; vel enim duæ aut saltem major pars capitularium remanet, vel non? Si prius, remanentes electionem proseQUI & perficere possunt absque iis, qui absque necessitate receserunt; quia capitulō semel legitimè congregatō standum est judiciō partis majoris & laicoris, c. 1. De iis, que à majori Eccl. Panormit. in c. Cū nobis 19. n. 10. & ibi Laiman n. 4. Neque opus est revocatione recedentium five itera-ta eorum citatione: quod factum est c. cit. quia hoc non necessitatis, sed majoris duntaxat certitudinis causā factum est; quia pars contumacia est post ad-ventum discedere, five non expectare si-nem, & legitimè vocatum non venire, can. Certum 11. q. 3. & c. 1. de Judiciis. Si posterius, & capitularium pars major recedit, qui remanentes electionem inchoa-re & cæptam proseQUI non possunt; quia conventum capitularem dislocare velle videntur recedentes: quibus, quia major pars sunt, pauciores remanentes neque-unt prævalere, Glossa passim recepta in c. Cam inter 21. V. Capituli, dissensione ortâ inter Canonicos, ibi Capitulum ef- se, asserens, ubi est major pars legitimi congregatorum, Panormit. l. cit. n. 10. & ibi Laiman. n. 5. Casu tamen, quo terminus electionis à Jure præfixus instaret, aut periculum esset in mora, vel statutō aut consuetudine diem præfi-

gendi & electores convocandi potestas Decano vel Seniori soli competet, à præsentibus & remanentibus cum tali paucioribus procedi, & perfici electio posset, cateris absentibus, Innocentius in c. Cū nobis cit. n. 6.

ARTICULUS VI.

De Electorum absen-tium Procuratoribus.

S U M M A R I U M.

99. In Electionis negotio admittitur Procurator;
100. Si elector absens illi interessē legiti-mē impediatur,
101. Et impedimenti fides fiat per juramen-tum:
102. Quod tamen remittit à Capitulo potest;
103. Unanimi omnium, non majoris tantum partis, consensu.
104. Procurator constituendus est de Capitulo:
105. Cuius consensu extraneus admitti potest;
106. Neque unus tantum, sed etiam plures in solidum constitui.
107. Procurator suo & absentis nomine eligere nequit diversos:
108. Nisi certa persona electio ei sit mandata,
109. Quo etiam casu alium sibi substi-tuere:
110. Non tamen compromittere potest;
111. Nisi ad personam dignorem eli-gendam generaliter sic consti-tutus,
112. Morte vel privatione electoris ab-sentis mandatum procurato-rium expirat:

LI

113. Ante

113. Ante mortis tamen vel privationis
notitiam peracta electio subfficit.

99. **Q**uantumvis electionem, qui suffragii jus habent, celebrare regulariter debeant per seiplos, aliquando tamen ad illius negotium admittuntur procuratores, & electorum nomine suffragium ferant: quando scilicet electores absentes sunt in loco, è quo ad electionem deberent advocari, c. Quia propter 42. §. Illud autem, justoque impedimento detinuntur, què misus electionis negotio sine incommodo ipsi valeant interesse, §. cit. &c. Si qui justo 46. pr. in 6. Si elector absens esset in loco, è quo ad electionem vocandus de Jure non esset, procuratorem constituendi jus non haberet, Glossa in c. Si quis cit. pr. V. Detenus.

Impedimenta, quorum aliquò detentus procuratorem suò nomine electorum constituiere Jure permittitur, sunt gravis infirmitas, detentio ab hoste, non tutus ad electionis locum accessus propter itinera inessa ab hostibus vel partatas, ab inimico infidias, evocatio ad altius tribunal & alia prudentis viri arbitrio astimanda, Glossa in §. cit. V. Venire. Non etiam censura aliave cauca, ob quam elector, si esset praesens, ad suffragium non admitteretur; cum eligere qui tanquam indignus nequit per seipsum, etiam non possit per procuratorem; absurdum enim utique est, admetti procuratores, quorum authores sive principales tanquam indigni repelluntur, Tholof. de Elect. cap. 6. n. 8.

Hujusmodi autem impedimentum, ut procuratoris constitutio legitima sit, esse praesens, sive existere & perseverare necesse est tempore electionis; quod, si hoc tempore sublatum jam esset, rei; ci procurator posset; de eoque, si no-

torium aut aliter cognitum non sit, sed capitulo fieri debet per juramentum, §. cit. vel ipsius electoris absentis, qui de hoc fidem faciat in ipso instrumento procurations: vel, quod magis consulum usitatissimum est, ab illo absente ad eligendum deputatus procuratoris, accepto ad id mandatō speciali, super expedito impedimento, vg. infirmitate in principali sui absentis animam jurantis, innocent, in §. cit. n. 11. Holtienf. in Summa bīc n. 8. & Barbola Lsb. 1. Jur. Eccl. cap. 19. n. 110. Nisi juramentum à capitulo remittatur: quod huic permisum non obscurè desumitur ex verbis, Super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramento, §. Illud cit. procuratoris juramentum exigentibus sub conditione, Si opus fuerit, hoc est, si impedimentum non sit notiorum vel aliter cognitum, cuique probatio à capitulo exigatur, Ratio est; quia juramentum hoc introductum est favore capituli, quod proinde illi poterit renuntiare, c. Si de terra de Prizileg. §. 1. Si quis 29. C. de Padij cūcum enim capitulum ad eligendum admittere valeat extraneū, juxta dicta n. 44. admittere etiam poterit procuratorem in principali sui animam non jurantem, que ex istius, tanquam justo impedimento non de tenti, mandato non competens suffragii jus conferre, Panormit. in §. cit. n. 3. in fine Tholof. cit. n. 8. & Pater rhing ad hanc Rubr. n. 147.

Quodsi procurator, praestitò vel contum remisso juramento, ad eligendum sine protestatione admislus, & electio accepta si, postea in principali deficiente legitiimi impedimenti probatio non amplius admittitur; quod juramento, si praestitum, controversia finita, c. Et si Christus 26. §. 1. Jus jurandum 2. §. de Jure jurando: &, si remisum sit, ipsa eius remissione à capitulo suis re-

fuo renuntiatu*m* intelligatur, Panorm. in §.
Illiud cit. n. 3. & Barbosa cit. n. 110. Unde

103. remissionem exigatur consensu totius capituli; majoris enim partis consensum sufficere, vult Barbosa l. cit. ductus Regula c. t. De his qua à majori §l. Quod major 19. ff. ad Municipal. Verùm in his textibus fundata Regula loc⁹ non est, cùm agitur de tollendo vel diminuendo jure singulorū; cum hoc casu procedat Regula, Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, 29. eique confona Regula, In re comuni melior est conditio probentis, 56. in 6. Quare melius ad propositam juramenti remissionem consensem capitulo unanimum cum Panormit. in §. Illud cit. n. 4. in fine exigunt Tholos. & Pirrhing l. cit. adeò ut, si ceteris capitularibus plànè omnibus, juramentum & omnem aliam probationem remittentibus, contradicat & iulti impedimenta probationem unus exigat, vel eiusmodi impedimenta deficientis probationē ipse offerat, à procuratore, si principalis sui loco ad electionem admitti velit, juramentum illud sit præstandum. Ratio est; quod eius admissione diminuuntur ius singulorum; quia ex una, extranei ad suffragium admissione singulorum capitularium suffragia minorem vim habent, quā si non admittantur: ex altera verò parte, admissione procuratoris sine juramento præstito super impedimento electoris absentiis capitulares tacitè consentiunt in admissionem extranei; cum elector absens, si prætentum impedimentum justum non sit, suffragii jure careat & plànè extraneus sit; ac proinde etiam procurator, quatenus absentem representat, extraneus reputetur; quod datus sit ab eo, qui ad eligendum procuratorem dare non potuit; quod vocem non habeat in electione, si huic per se ipsum non interfit, §. Illud cit. pr.

Quodsi minoris partis aut etiam unius duntaxat, juramentum super impedimento exigentis aut istius defectum probare volentis, contradictione in super habitâ major pars procuratorem non juratum admittat, minor pars aut unicus contradicens cum parte majori illum ad suffragium admittente (præmissa contra admissionem protestatione) procedere ad actum electionis, & adverlus hanc, illō admissō celebratam, appellare potest, Panormit. t. cit. in fine.

Dubium secundo est, an absentiis & 104. legitimè impediti procuratori esse possit extraneus, sive qui de capitulo non est. Ratio dubitandi est; quod ad procuratoris munus suscipiendum cogi capitularium nemo invitus possit, l. Invitus 17. C. de Procurat. atque idcirco, si capitularibus procuratioem non admittentibus ea extraneo committi non posset, elector absens & legitimè impeditus jure suffragii nullā suā culpā privaretur. Sed hoc etiam casu nolente capitulo extranei deputationi locum non esse, decisum est. Si quis cit. §. fin. ut adeò hoc casu suffragii amissionem elector absentiæ suæ & istius causa debet imputare; quod capitulares, sicut procurationis munus suscipere ipsi inviti, l. Invitus cit. sic etiam secreta sua extraneo communicare non teneantur, arg. l. Mercatores 4. C. de Commerc. & mercat. & voti per literas expressio jure non admittatur, §. fin. cit. ubi Vivian. in fine. Etsi verò hæc ita sint, extraneus tamen procurator depatri ab absente potest capitulo conliente; cùm enim §. Illud & §. fin. cit. dispositio concernat favorem capituli: hoc favori pro se introducendo renuntiare, t. Si de terra cit. &c. & extranei procuratoris deputationem admittere valebit, arg. c. Scriptum cit. saltē si speciali & sedis Apostolice autoritate suóque jumento

ramentō confirmatō statutō non prohibeatur, *Glossa in c. fin. cit. V. Nolente, Panormit. in §. Illud cit. n. 2. & Lairman n. 1.* Porro extraneum ad suffragium absentis locō ferendum à capitulo admisum ētate, Ordine & ceteris qualitatibus in principali, si esset præsens, & in aliis electoribus præsentibus jure requisitus prædictum esse oportere, recte monet Paßlerin. *de Electione cap. 10. n. 24.*

106. Dubium tertio est, an in negotio electionis procuratores ab eodem deputari plures possint. Cui ansam præbent *§. Illud cit. verba, Uni committat de ipso capitulo vicem suam.* Sed hac unius mentione pluralitatem quod effectum dunt taxat; non etiam quoad deputatorum personas excludi, planè liquet ex e. *Se quis cit. cuius pr. plures disertè admittuntur: dummodo constituti sint in solidum; ut procurationis effectus sive suffragium restringatur ad unum, eum scilicet, qui prævenerit, sive prius postulaverit admitti, arg. c. Non iustificat 14. de Procurat, vel unius impediti aut procurationem non admittentis defectus ab altero suppletatur.* Quodsi plurim in solidum constitutorum nullus prævenerit, sed ad suffragium simul omnes postulent admitti, eis nullatenus deferendum: sed admittendus ille tantum est, quem capitulo vel major istius pars designarit: &, si capitulo vel major eius pars in designatione non consentiat, attendendus ordo scripturæ & ceteris præferendus est, cuius nomen in instrumento procuratorio primō locō est expressum, ut pr. cit. habetur. Ratio est; quod, si plures non in solidum deputati essent, periculum foret, ne inter se discordes suffragia conferant in diversos, & electio exitum non sortiatur: ad quod incommodum excludendum; quando duorum neuter in solidum constitutus est, aut in solidum constitutorum unius determina-

tio haberi non potest, repelliri uterque debet ac potest, quin de contemptu & injuria queri elector absens possit; cum repulsam improvidæ & indiscretæ constitutionis suæ debeat imputare, pr. cit. ubi *Glossa V. Nominatus, Franc. n. 2, Tholof. cit. cap. 6. n. 10.*

Dubium quartò est, an procurator alium suo & alium procuratorio sive absentis nomine eligere possit; procurator enim si, ut solet, de capitulo constitutus sit, suffragia duo, unum suo, alterum absentis nomine competentes habet: quæ an conferri in eundem debeat, vel possint in diversos, pender ex tenore mandati; cum, si isto simpliciter aliquem vel quem dignorem judicari, & ligere jubeat, utrumque suffragium conferre debeat in eundem tenore ut aliis elector, cui duo suffragia, unum præposituræ alterum canonicatis ratione competunt. Si vero mandato persona certa, quæ eligatur expressa sit, hanc eligere absentis nomine tenetur, etiam in proprio nomine alium elegerit & dignorem judicari, c. Si quis cit. §. Pern, Ratio prioris est; quia hujusmodi procuratori competunt duæ voces liberas: autem, qui duas voces liberas habet, eas nequit dividere & conferre in diversos: sed iis, sive propriò sive alieno nomine competant, eligere tenetur meliorem sive dignorem, can. Metropolitano 21. dist. 63. can. Licet 8. q. 1. & Trident. Sess. 24. cap. 1. de Ref. & quæ conscientiâ luô, eadēm alieno nomine diligens aliquem judicare debet meliorem: cum ex duobus altero melior judicari nequeat uterque, *Glossa in §. cit. V. Nihil agit,* tali casu suffragiorum in diversos collatorum utrumque pro inviso habens cum ipso textu, à procuratore alium suô, alium absentis nomine determinante, nihil agi expresse statuente quod eius suffragia esse videantur alternata;

& incerta, qua Jure reprobantur & invalida sunt, c. In electionibus 2. in 6. Geminian. in §. cit. n. 2. Vivianus §. cit. pr. & Passerini. cit. cap. 10. n. 43. casu, quô duo, in quos suffragia divisa sunt, meritis æquales judicantur, idem docens contra cit. Barbofam & ab hoc relatios alios n. 105. Posterioris ratio est partim; quia procurator custodire debet fines mandati, l. Diligenter §. ff. Mandati & l. Si procurator 10. C. de Procurat. quô proinde ad certam personam eligendam ad strictus, suffragium in aliam, etiam quam dignorem judicat, conferre non potest; ne mandati excedat fines, & aliud agat, quam ei est mandatum, l. Diligenter cit. pr. Glossa in §. Porro cit. V. Mandatum: partim verò; quia tali casu libere potius censemur principalis, quam procurator; cum iste votum principalis potius explicet, quam ipse libera ferat, Vivian. in §. cit. V. Nisi cit. Tholos. cap. 6. n. 11. & Pirrhing n. 105. ubi casu, quô persona mandato nominata esset indigna, mandatum non admittendum, monet cum Holtiens. cit. n. 8.

109. Dubium quintò est, an procurator ad eligendum vices suas committere valeat alteri. Quia in re interest, an speciale de certa, vel generale de persona, quam idoneam vel dignorem judicarit, eligenda habeat mandatum; cum, si habeat speciale sibi comissas absentis nomine eligendi vices subdelegando in alium valeat transferre, arg. c. Is cui 12. pr. de Offic. deleg. in 6. quôd alium sibi substituendo neque absenti, neque præsentibus electoribus præjudicet; cum parvum referat, an per se vel per alium suffragium conferat in personam nominatam, Glossa in §. Porro cit. V. De certa. Si verò habeat mandatum generale, subdelegando alium sibi substituere nequeat,

arg. c. cit. V. Sed si; quôd electa censetur industria & discrecio personæ, Pirrhing cit. n. 150. §. Ceterum: nisi aliqua substituendi potestas ipsi mandato inferata esset; hoc enim causa alium sibi substituere permetteretur, arg. c. cit. V. Nisi juncta Glossa V. Per alium.

Dubium sextò est, an ad eligendum procurator valeat compromittere. Cujus etiam resolutio ex mandati qualitate desumenda est; nam, licet compromittere nequeat cum speciali ad certam personam eligendam constitutus; quôd, cum tali mandato in solam personam nominatam consentire permittatur, in aliam, à compromissarii forte eligendam, consentiendo excederet fines mandati. Compromittere tamen potest 111. deputatus cum mandato generali; quia hujusmodi mandato eligendi jus totum in ipsum translatum videtur, ut in electionis negotio omnia, quæ mandans, si esset præfens, possit, c. Venerabili 37. in fine de Offic. deleg. atque idcirco, sicut iste si præfens esset, sic isto absente ipse legitimè compromittat, Glossa V. De certa cit. & Pirrhing §. Ceterum cit.

Dubium septimb̄ est, an mandante ante electionem mortuō vel eligendi jure quoquaque modo privato, ab eōve suspensō nihilominus mandatum procurator validē exequatur. Negant id Tholos. cap. 6. n. 13. & Pirrhing cit. n. 150. §. Porro, & negandum evincit ratis; quôd mandantis morte vel privatione mandatum expiret, Clement. fin. juncta Glossa V. Negotia de Procurat. cùm enim in negotio electionis procurator nihil suo, sed omnia mandantis nomine agat l. i. ff. de Procurat. suffragii jure, quod huic competebat, expirante, etiam mandatum & in isto fundatam potestatem procuratoris expirare est necesse.

Etsi verò hoc ita sit &, mandantis 113,
L 13 morte

morte vel privatione cognitâ, mandatum exequi procurator non possit, electionem eam post illius mortem vel privationem, sed ante acceptam mortis &c, notitiam, jam perfectam, & à procuratore in electionis negotio acta omnia Jure subfertere, cum Archidiacono in c. *Si quis justo cit. n. 3. pr. sustinet eirt. Barbosa n. 111. Passerin. cap. 10. n. 42. & Tamburin. Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 3. q. 4. n. 8.*

ARTICULUS VII.

De Electionis Loco.

S U M M A R I U M.

- 114. *Electionis celebranda est ab electori- bus congregatis.*
- 115. *In loco Ecclesiae viduatae:*
- 116. *Extra quem validè,*
- 117. *Et aliquando etiam licet peragi- tur.*
- 118. *Licitè etiam sit in Ecclesia inter- dicta.*
- 119. *Clandestina electiones fere repro- bate,*
- 120. *Et aliquando irrita sunt.*

114. **A**D prælati electionem, ut Cano- nica sit, satis non est, omnes, qui suffragii jus habent, atque interesse volunt & commode possunt, ad eam vocari, juxta c. *Quia propter 42. pr. sed necessarium omnino est, ut in uno loco collegialiter congregentur, c. Cum terra 14. Ratio est; quia electio est actus collegialis, ad capitulares non singulari, sed collegii jure pertinens, Panormit. in c. Auditio 29. n. 8. actus autem competens aliquibus, ut constituentibus collegium five Universitatem, non nisi ab ipsis collegialiter congregatis geri potest, & aliter gestus non valet, arg. 1. Sicut 7. §.*

1. ff. *Quod cujusque univers. nom. Thololan. de Elect. cap. 15. n. 1. Ubi Dubium est, quô locô pro electione congregandi sint capitulares. Quia in re quôd juxta constitutiones Canonica, si fieri potest, in Ecclesia, pastore viduata electione debeat celebrari, notabilis textus est c. *Quod sicut 28. pr. In ea autem celebrari censemur non solum, si in ipso ejus choro vel navi, ut c. Cum nobis 15. sed etiam, si in sacrificia vel confueto o- pituli loco, ut c. Cum inter 21. Et c. In causis 30. vel alio conclave & loco ha- nesto, intra Ecclesiarum ambitum sit, juri cuiusque Ecclesiarum conuentudinem cele- bretur, Glossa in c. Cum terra cit. V. is quo cit. Tholos. cap. 7. Baius de Elb. p. 3. cap. 12. n. 1. & Passerin. de Elb. cap. 12. n. 2.**

Atque hoc Glossa in can. 1. V. Fint in Urbe dist. 23. eamque secuti Ant. de Butr. in c. *Quod sicut cit. n. 6. & Pe- normit. ibid. n. 2. adeò necessarium ex- istimant, ut absque rationabilium cau- tra Ecclesiarum ambitum celebrare electio ipso Jure non subfistat, & locus sit Reg. Que contra ius 64. in 6. Et 1. Non dubia- s. C. de LL. Verum, quia ex una, Regula- lares hi textus de actibus, contra Jus nat. simpliciter prohibens, sed formam su- tuens actui, aut irritante clausula multum, gestis procedunt, ut ex comuni DD. senatu ad Lib. 5. tit. 41. ad Reg. cit. ple- niū tradetur: ex altera vero parte, faci Canones, ex quibus electiones intra Ec- clesiam viduatam istiusque ambitum ce- lebrandam, desumitur, neque electioni statuunt formam, neque clausula continet irritantem, contra ipsorum pre- scriptum extra Ecclesiam illam peractam electionem irritationi, non imposita Jura, sed per sententiam inducenda, obnoxiam verisimilius consent Laiman in c. Cum ter cit. n. 8. & Pitzhing ad hanc Rad. m. 241. lib.*

n. 241. saltem, si extra Ecclesiae consuetum, in minus conveniente & sacris Canonibus reprobato loco, vg. in palatio vel camera Principis aliave seculari domo peracta fuisset, c. Qua fronde 25. de Appellat. Pallerin. in cap. cit. n. 14.

in c. 1. de Postulat. prelat. n. 33. & Baldo ibid. n. 2. fulsint Lavorius de Elec. cap. 18. n. 6. Barboia Lib. 1. Jur. Eccles. cap. 19. n. 177. Pallerin. cit. cap. 12. n. 16. & Gonzalez in c. 1. cit. n. 4. cum; quod eam in Ecclesia interdicta peragi ullum Jus non vetet: tum verò; quod interdictum Locale Divina tantum officia & Sacramentorum quorundam usum suspen- dat, privèque Ecclesiastica sepulturā, &c. Quod in te 11. de Panit. Et remiss. c. Re- fponso 43. de Sent. excom. Et. Si sententia 16. eadem Rubr. in 6. non autem impe- diat contractus & obligationes, quas elec- tio acceptata inter electum & Ecclesiam inducit, c. Inter corporalia 2. Et c. fin. de Translat. Episc.

Neque, ut dictum, obstat inhibito- §. Porro cit. quia ad inferiorum præla- torum electiones trahenda non est; cum illius speciali dispositione solam Papæ elec- tionem affici: & hanc quoque, contra §. cit. dispositionem celebratam, valore non destitui, cum Glossa ibi V. Interdicta observent citt. Panormit. n. 33. & Pas- serin. n. 17. quod ejus electioni durarum partium suffragiis celebratae ex humano Jure descendens exceptio nequeat apponi, c. Licet vitanda 6. §. Statuimus, ut infra n. 370. dicetur.

Dubium tertio est, an electio fieri 119.

queat in loco occulto. In quam rem ab aliquibus, sed perperam, allegatur can. Se quis 2. dñs. 79. cum canone isto de Ro- mani tantum Pontificis, adhuc supersti- tis & incolumis, successore privatis con- venticulis factæ deliberationes ac decreta reprobantur. Nihilò melius pro clan- destinis, atque idcirco irritis vel irri- tandis habentur electiones, quæ à capi- tularibus legitimè congregatis peractae sunt in loco occulto; cum clandesti- num utique dici nequeat, quod in loco etiam abdito, omnibus capitularibus cum

capite

117. Dixi, Absque rationabili causa; cum ipsam intra Ecclesiam celebrari faci. Ca- nones præcipiant, Si fieri potest: non etiam, si propter speciales rerum circum- stantias id sine notabili incommodo fieri nequeat. Quare, si propter gravissimum lumen epidemicum aut aliud probabile periculum, præterim violentiæ, electio in ejusmodi loco instituì non posset, à duabus partibus capituli vel, si haec convenire nequeant, à majori latere: imò, si impe- dimentum notoriū & propter instantem electionis terminum periculum esset in mora, etiam à minori ejus parte con- congregata alius locus honestus & commo- dus constitui in eoque celebrari à capitulibus congregatis electio posset, ex mente Baldi, universitatē loco proprio expulsam alibi congregari ac statuere posse, auctoritatis in l. i. C. de Summa Trinit. n. 11. Glossa in c. Boni 23. V. Metuebant cit. Laiman n. 3. & Pirthing n. 243.

118. Dubium secundo est, an electio ce- lebrari valeat in Ecclesia interdicta; id enim negat Archidiac. in can. 1. dñs. 23. ductus Constitutione Gregorii X. edita in Concilio Lugdunensi II. & relata c. Ilbi periculum 3. in 6. cuius §. Porro electio Papæ in civitate interdicto supposita fieri prohibetur, ibi, Nisi sit forsitan interdicta.

At, licet inferioris etiam prælati elec- tionem extra consuetum Ecclesiae lo- cum peragendi istius interdictum ratio- nabilem causam capitulo præbeat, id ta- men non oblitare, quod minus in Ecclesia interdicta electio vel postulatio validè, imò etiam licet celebrentur, cum Panorm.

- capite suo praesentibus, clam geritur so-
lummodo respectu extraneorum: saltem
si postquam gestum est, palam publicetur;
quia electio in loco ab extraneis remoto
Jure fit, Passerin. cap. cit. n. 10.
- 120.** Quare, tanquam clandestina præter
eam, qua noctu fit, illa solum electio
Jure reprobatur, quæ, vel aliquorum
duntaxat capitularium, minori aut ad
potentiam capitularem constitutandam
non sufficiente numerò coactorum, oc-
culto conventiculō & clam aliis suffragiū
jus habentibus est celebrata: vel peracta
est sine scrutinii publicatione vel huic
subjicienda communi electione, à capi-
tularium uno omnium nomine facienda:
vel alias ritè facta à capitularibus ita se-
creta habetur, ut clero & populo solen-
niter non publicetur, cit. Baifius cap. 37.
n. 5. & 6. Passerin. à n. 19. & Gonzalez in c.
*Quia propter cit. n. 13. cujusmodi clande-
stinarum electionum prima ob justi suffra-
giorum numeri vel potentiae capitularis
defectum Jure non subsistit, c. cit. pr. ubi
Panormit. n. 12. & Innocent. in c. Cùm no-
biis 19. n. 9. Altera quoque irrita est,
propter defectum solennitatis substantia-
lis, pr. cit. Et c. Sicut cùm 21. in 6. Baif.
cit. n. 5. & Passerin. n. 19. & 23. Postres-
ma, valida est; quod, licet solennis illa
publicatio Jure sit præcepta, c. *Quia pro-
pter cit. §. fin. solennitatibus tamen elec-
tionis substantialibus non accentuatur:*
*& ex justa, vg. scandali vitandi, causa o-
mitti vel usque ad confirmationem dif-
ferti possit, cit. Baifius n. 6. & Passerin. n. 5.**

ARTICULUS. VIII.
**De Electionis cele-
brandæ Tempore.**
S U M M A R I U M.

121. Prælatus ad Ecclesiam Cathedra-
lem vel Regularem intra tres:

- 122.** Intra sex menses eligendus est ad
Secularem, Cathedrals inferior-
rem:
- 123.** Nisi habeat Ordinariam & gen-
eralem jurisdictionem,
- 124.** Computantur menses illi à dieva-
cationis notæ,
- 125.** Et non currunt impeditis,
- 126.** Etiam ob Censuram:
- 127.** Cessante tamen negligientia in po-
tenda absolutione.
- 128.** Idem recuperantur, si electio re-
reat effectu:
- 129.** Nisi fraus intervenierit,
- 130.** Aut electio irritata sit à Papa,
- 131.** Restringi possunt ab ipsis elec-
toribus,
- 132.** Et ex gravi causa à superiori:
- 133.** Quin tamen ad hunc ante illorum
lapsum prælatum de voluntate sit,
- 134.** Non valet electio & ad hanc ca-
tio ante obitum prælati:
- 135.** Ante ejus sepulturam validita-
tebratur.
- 136.** Celebrari potest die feriato:
- 137.** Non tamen tempore nocturno,
- 138.** Extra causam necessitatis.

COnvocari & congregari elec-
tores ita debent; ut electio
prælati ad Cathedram vel Re-
gularem Ecclesiam intra tres:
ad Secularem verò, Cathedrals inferior-
rem, intra sex menses perfici possit; ut
tra hoc enim tempus, si justè impedi-
mento cessante, electionem differens, eli-
gendi potestas pro ea vice ab electio-
bus devolveretur ad superiorem, ex Con-
stitutione Innocentii III. edita in Con-
cio Lateranensi & relata c. Ne pro de-
fectu q. b. c. Nulla 2. de Concil. prob.
non vac. qui termini electionibus late-
riter præfixi sunt; quod diuturnam ve-
cationem in spiritualibus & temporali-
bus damno

- bus damnata Ecclesie & animabus periculosa esse, compertum est. Ratio autem, cur ad electiones quasdam tantum tres, ad alias vero sex menses concessi sint, ea est; quod Cathedralium & Regularium Ecclesiarum prelati sint veri aut quasi sponsi ac pastores & hoc ipso; quod generali atque ordinariam jurisdictionem in clericos exerceant, maiorem curam habeant, quam praepositi Ecclesiarum Collegiarum secularium: quarum clerici de Jure communi non ipsis, sed Episcopo subfunt: & propterea electionem ad priores Ecclesias propter specialem ipsarum necessitatem maturari magis fuerit necesse: & ne Episcopi elecio ultra tres menses protraheretur, sanctinibus antiquis jam fuerit cautum, can. Postquam i. dif. 50. & can. Obeuntibus 33. dif. 63. Vivianus in c. cit. & ibi Lai man n. i. Unde
122. Dubium oritur de Ecclesie secularibus inferioribus, ordinariam & generali jurisdictionem exercentibus ex privilegio vel praescriptione: ad quas, an c. Ne pro defectu cit. dispositio extendatur, ac proinde earum perinde, ut Regularium Ecclesiarum, prelati necessario intra tres menses eligendi sint, dubitandi ratio pro una parte est; quod dispositio illa Juris antiqui, pro Ecclesiarum non-Cathedralium provisione sex menses indulgentis, c. Nulla 2. de Concess. præbend. correctoria sit ac penalis: & propterea extensionem non admittat, arg. Reg. Odia 15. in 6. Pro altera vero; quod Innocentii Papæ principalis intentio fuerit occurrere periculis animarum & damnis Ecclesiarum; atque idcirco ipsius constitutio favorabilis potius, quam odiosa censenda, arg. l. Sunt persona 43. ff. de Relig. & sump. fun. & patiens sit extensis: quod posterius amplectitur; ac proinde etiam in hujusmodi Ecclesias, praesertim ab Ordinarii jurisdictione exemptis, electiones ultra tres menses non differendas, in c. cit. cum Panormit. n. 5. & Imola n. 2. defendit Laiman n. 2. quod ejusmodi prelati suarum Ecclesiarum quasi sponsi, can. fin. 21. q. 2. eorumque jurisdictione quasi Episcopalis sit: & propterea eadem ratio, quæ Cathedralium & Regularium, etiam hujusmodi prelatorum electiones exigat maturari; ne Ecclesia & gregi diu defit cura Pastoris, can. De persona q. dif. 65.
- Porro trium & sex mensium ad electiones à Jure indultum tempus à die vacationis, non tantum per prelati obtum translationem, renuntiationem privationem inducta, sed cognita, sive à capitulo habita de ea notitia, computandum est, arg. c. Quia diversitatem s. ibi Ad die notitiae ipsius vacationis, de Concess. præb. cuius c. Nulla 2. eadēm Rubr. declaratoria dispositionem etiam in electoribus locum habere, declarat Glossa in c. Quia cit. V. Suspensionis ibi, Tempus, in quo quis elegere non potest, non currat & ipsi Innocentius III. t. Ne pro defectu cit. electores eligendi potestate privari afferens, si ab ipsis intra tres menses electione celebrata non fuerit, cessante justō impedimento: quale vel maximè ignorantia est. Id ipsum suadet ratio; quia ignorans agendi non habet potestatem, l. Annus 6. in fin. de Calunnia, agendi autem potestatem non habent, cum justè impeditus sit, à Jure definitum tempus, si de poena ob moram contrahenda agatur, non currit, c. Quia & V. suspensionis cit. Unde
123. Dubium secundum oritur, an trium vel sex mensium tempus etiam non currat impeditis ob censuram, propriâ culpa contrictam. Ratio dubitandi obvia est; quod ex malitia sua non debeat quis commodum reportare, c. Intelleximus 7. Mm de Iudic.
- 124.
- 125.
- 126.

de *Judicis* & ob contumaciam melioris quam ceteri esse conditionis, c. *Contingit* g. de *Dolo*: hic autem conditionis esset melioris & ex malitia sua commodum reportaret, si propter censuram, culpâ & contumaciâ iuâ contraetiam, electionis terminus ei prorogaretur.

Nihilominus ea Ecclesiae benignitas est, ut à Jure in dultum eligendi tempus, non solum facti, sed Juris quoque & propriâ culpâ contracto impedimento durante, currere nolit electoribus: dummodo negligentes non sint in illo removendo, sive petenda absolutione à censura, c. *Quia diversitatem cit.* ubi *Glossa V. Suspensionis Innocent.* n. 4. & *Barbosa* n. 9. Ratio est; quia trium vel sex mensium tempus Jure praefixum est in odium negligentia & culpabilis mora peccatum, c. cit. ibi, *Cum illa Lateranensis Concilii*, juris conferendi, eligendi &c. devolutiōnem decernens, *Constitutio contra negligentes fuerit promulgata*: tempus autem in odium negligentia praefixum non currit impedito, etiam ob culpam, quæ solummodo remota, & non proxima atque immediata causa est impedimenti: sicut est culpa, ob quam suspensio est contracta; cum capitularis à suffragio ferendo in electione proximè & immediate non ob culpam, quâ suspensio contracta est, sed ob suspensionem impediatur. Pauormit, in c. *Quia diversitatem cit.* n. 3. & *Pirthing ad Rubr. de Concess.* prab. n. 32.

127. Dixi, Dummodo suspensus in culpabili mora & negligens non sit; cum enim mora & negligentia sua cuivis nocivat, Reg. *Mora* 25. in 6. & c. 1. in fine de *Appellat.* electori censurato, in petenda absolutione negligentia, à Jure praefixum tempus, sicut à die notitiae vacationis, sic etiam à die, quô in petenda absolutione negligens esse incipit, jam curret, *Pastor*. cit. cap. 13. n. 23.

128. Dubium tertio est de tempore ad

electionem novam capitularibus & aliis, qui suffragii jus habent, competente, quando prima, alias canonice & majors partis suffragii celebrata, caret effectu; quod, vel electus non consenserit, vel post consensum jam præstitum electione re-nuntiari, vel mortuus sit ante confirmatione, vel electio propter detectum, quod ante latebat, personæ vitium vg. legitimorum natalium defectum fuerit irritata. Quia de re celebris & capitulo perquam favorabilis est decisio Bonifacii VIII. c. *Sé electio* 26. in 6. illi trium vel sex mensium, à negati consensu, renuntiationis, mortis & irritationis cognita die computandorum, tempus integrum deminuendit. Ratio est; quia his casibus omnibus capitulares redargui nequeant ullius negligentia; cum intra terminum Jure praefixum perficerent electionem: devolutiōnem autem, in odium & peccatum negligentia Jure introductæ, locus non est, ubi culpabilis mora & negligencia non præcessit, *Francis* in c. cit. n. 3.

Excipitur tamen c. cit. calus, quod capitulares ad obtinendum denovo integrum trium vel sex mensium terminum commississent fraudem, de industrâ eligendô aliquem, quem in sui electione non confenfurum sciebant, *Glossa* in c. cit. *V. Fraudulenter*; tali enim calo prælature ad superiorem devolutio procederet; quod æquum non sit, ut fraus (ut c. *Sedes* 15. &c.) Ex tenore 16. de *Refripi. Vivianus* in c. *Sé electio* cit. pr. ubi *Lamia* in fine & cit. *Pirthing* n. 246.

Excipiuntur etiam ex parte aliorum electiones, quarum confirmatio pertinet ad sedem Apostolicam; cum, si illæ aliae declararent irritæ, prælatura, quæ electiones spectant, sedis Apostolicae dispositioni reservata sint, *Extraduc. Regimen* 13. inter com. de *Præbend.* §. *Germaniae nostræ Concordat.* §. *Item* placit.

placeat, propter manus Papæ appositiō-
nem ad effectum provisionis, prælaturam
ad electores redire non permittentem,
arg. c. *Uit nostrum 56. de Appellat.*

131. Dubium quartū est, an trium vel
sex mensium terminus valeat restringi. Et
ab ipso quidem capitulo, majoris partis
confusa, illum breviorem fieri posse,
non est, qui ambigat, cum tres vel sex
mensēs à Jure, ad diutinam Ecclesiæ va-
cationem impediendam & evitandam
prælatura devolutionem prefixi sint, re-
lecta libertate, quoconque ex illis com-
modius posse viuum fuerit electionis ne-
gotium luscipendi: dummodo non ita
brevis terminus constituantur; ut abfentes,
si qui sunt, electioni interesse comode-
non possint, Panorm. in e. *Cum in causis 30.
n. 7. cit. Baifius p. 3. cap. 4. n. 3. & Pal-
serinus cap. 13. n. 35.*

132. Ex causa etiam necessitatibus, electio-
nem accelerari expoſcentis, terminum
Juris ad duos vel unum etiam menſem re-
stringi à legato Apostolico vel Metro-
politano: imò, si inferioris & Ordinariæ
jurisdictioni ſubiectæ Ecclesiæ prælatus e-
ligend⁹ ſit, ab Episcopo poſſe, cum Laiman
de Elect. prælat. q. 32. notat cit. Pirrhing
n. 247. quod, ut dictum, à Jure ita defini-
tus non ſit, ut nequeat prævenirī.

133. Inter terminum tamen, ſibi à capi-
tulo vel huic à ſuperiore, & eum, qui à
Jure præfixus eft, id diſcriminiſ interce-
dit; quod iſtō duntaxat fine electione la-
po prælature devolutio inducatur; quod
à Jure indultum eligendi jus ab alio
quām ab eo, qui ſupra Jus eft, nequeat
auferri, Reg. Indultum 17. in 6. Panorm.
in e. *Cum in veteri 52. n. 1.* Quin illius
devolutio veriſimilius etiā non fieret cauſa,
quod electio ultra breviorem terminum, ab
ipſo etiam Papa præfixum, differetur:
niſi ille præfixus fuſſet cum clauſula im-
portante devolutionem, vel electionem

poſtea faciendi adiumente facultatem, aut
factam irritante; quia ex præcepto vel
prohibitione simplici actus contra præ-
ceptum vel prohibitionem getti nullitas
non recte infertur, c. *Ad Apostolicam 16.
de Regular. ut in simili Lb. 4. tit. 16. n.
6. statuetur.*

Dubium quinto eft, an ad electione *134.*
neſti statim procedi valeat post obitum
prælati. Non poſſe ante: imò morti
jam vicinō, ſed tamen adhuc vivente il-
lo, celebratam electionem, arg. c. 1. c.
Nulla 2. Sc. de Concess. præb. non vac. &
capitularem etiam de ſuccelfore tracta-
tum, atque ipsam citationem ad electio-
nem ipſo Jure irritatam eſſe, eoque cita-
tos etiam poſt prælati obitum non ad-
stringi, liquet ex c. *Bona 36. in fine & ibi
notant Panormit. n. 7. Laiman n. 2. & Paf-
ſerinus cap. 13. n. 11.*

Neque pro hujusmodi citationis,
ante prælati obitum commiſſa, valore
facit; quod, licet inhabili commiſſa, col-
lata tamen ſit in tempore habile: paria au-
tem ſint, aliquid fieri tempore habili &
inhabili, ſi iſtō facti effectus in habile
tempus confeſſatur, arg. 1. *De uxore 7.
de Sepulturis:* ſicut vicifim paria ſunt,
factum tempore inhabili & habili, ſi ha-
bili tempore facti effectus in tempus in-
habile confeſſatur, arg. 1. *Quod ſponſe
4. C. de Donatis ante nupt. Panormit. in
c. De uxore cit. n. 2.* quia axioma hoc
non procedit, quando quid tempore in-
habili fieri ſimpliciter prohibetur, ut tem-
pore illo delideretur potentia agendi,
arg. e. fin. *de Sepult. in 6.* ex cuius deci-
ſione à religiolo facta electio sepulturæ,
etiamsi confeſſatur in tempus mortis, quod
ille à lege & obedientia prælati eft ſi lu-
tus, irrita eft; ut, illa infuper habita, re-
ligiosus defunctus monasterii ſui sepul-
turæ inferendus ſit; quod sepulturæ al-
terius electæ tempore non habuerit pro-

M m 2 prium &

primum & à prælati voluntate independens
velle ac nolle, can. Non dicatis 12. q. i.
&c. Si religiosus 27. in 6. Cum ergo,
prælato adhuc vivente, capitulum non ha-
beat jus & potestatem tractandi & agendi
de electione successoris, can. Nullus 7.
diss. 79. ante prælati obitum earuit ad e-
lectionem citationes committendi pote-
state, eoque tempore commissa citatio
viribus destituitur; ut citatum non arctet,
&c. Bona cit. in fine, perinde fere, ut à
nondum constituto judice commissa cita-
tio ad diem, quod is constitutus & juris-
dictione prædictus erit, citatum nulla-
tenus arctat. Unde Panormit. & Lai-
man 1. citt. ejusmodi citationem ad elec-
tionem pro invalida merito habent, eti-
amsi electori post prælati obitum esset
insinuata; quod actus, qui ex defectu po-
testatis agendi vitiosus ab initio est, tractu
temporis non convalescat, de eoque pro-
cedant Reg. Quod ab initio 29. ff. & Reg.
Non firmatur 18. in 6.

Licet autem ante prælati obitum
Collegiali tractatu de electionis die, &
persona eligenda statui nihil possit, inhibi-
ta tamen non est extra aut etiam intra
capitulum incidenter & quasi per acci-
dens facta mentio de senis aut insirmi
prælati successore: dummodo de certa
persona aut electionis die nihil statuatur
& non intercedant pactiones & promis-
siones; cum ex his orta electio obnoxia
sit irritationi ut in c. Bona cit. notant
Innocent. n. 3. Ant. de Butrio n. 15. &
Panormit. n. 12.

Post obitum etiam, sed ante defun-
cti sepulturam, peractam electionem Ju-
re non subsistere, apud Mirandam Tom.
2. Manual. Prelat. q. 23. art. 10. concl. 1.
aliqui defumunt ex can. Nullus &c. Bo-
na citt. quorum textuum priori electio
ante diem à depositione tertium fieri pro-
hibetur: posteriori ante sepulturam facta

cassatur. Melius tamen cum Glossa in
c. cit. V. Tractatum Innocentio n. 2. Pa-
normit. n. 11. & Baisio de Elec. p. 3. cap.
2. n. 2. & alii, decens quidem & lacio-
nibus Ecclesiasticis conforme, sed tamen
ad valorem electionis non necessarium
videtur, ut ei prælati sepultura præmit-
tatur, partim; quod Ecclesiae vacatio in-
ducatur prælati morte, & ab istius cogni-
tæ die, imò horā currat trimestre vel
semestre, à Jure capitulo indulsum ad e-
lectionem: partim vero; quod ejusmo-
di electionem à Jure irritatam, non con-
fert: &c. Bona cit. ante celebrata non
irritat ipsò Jure, sed per sententiam irri-
tata: cámque irritandi causa principia
fuerit contemptus unius ex electoribus;
ejus autem ante sepulturam intemperrata
acceleratio rationem haberet; causa dimi-
nit impulsiva, ut cum Glossa cit. ab-
vertit Pirrhing ad hanc Rubr. n. 12. in
fine. Casu tamen, quod electionem, si
differatur, perturbandam, ejus liberta-
tem illatā aut armatā vi & potentioribus
Principum intercessionibus diminuen-
dam, & electorum animos à suffragiis in-
dignam & Ecclesiaz utilim personam con-
ferendis abstrahendos, meritò timeretur;
vel sepultura ex justa causa diu differenda
esset, ad electionem procedi ante sepul-
turam non validè solūm, sed etiam licet
posse, in c. cit. monent Laiman n. 6. &
Barbosa n. 2.

Dubium sexto, & non ita priden-
mota quæstio est, an electio fieri queat
die feriato. Quod ex communī DD. fe-
su affirmant Donatus Tom. 2. Prax. Reg.
Tract. 3. q. 10. n. 1. & Passerinus cit. ap.
13. n. 45. idem docentes de electionis
confirmatione; quia eligere & confirmare
non sunt actus prophani, sed spirituales &
extrajudiciales, spectantes pieratam favo-
remque & utilitatem Ecclesiaz: conjunc-
tum modi, imò istius favorem concernerent
actus.

ARTICULUS. IX.

De Electioni prævio
Tractatu Capitulari.

SUMMARIUM.

137. Dubium de electionis tempore se-
ptimè est, an ea necessario facienda sit
tempore diurno? Non solum conve-
niens, sed extra necessitatis casum nec-
essarium esse, ut hoc tempore non solum
inchoetur, sed inchoata etiam perfici-
tur, cum Rodriguez Tom. 2. Regul. q.
51. art. 15. tradunt Miranda Tom. 2. Ma-
nual. Prelat. q. 23. art. 12. conclus. 1. &
Laiman in e. Cùm in causis 30. n. 6. &,
quantumvis eam, quæ nocturno tempo-
re peragitus, à Jure nupsiā irritatam
agnoscant, irritandam tamen docent; cùm,
quòd facta sit contra SS. Canones, de no-
te agitari prohibent judicia, c. Con-
sultuit. 4. de Offic. delegati &c. Quia pro-
pervicit. & reprobantes electiones clande-
sinas: cujusmodi, etiam nocturno tem-
pore factam centent: tum verò; quòd
sit suspecta; cùm juxta veritatis testimoni-
um, qui malè agunt, oderint lucem.
138. Dixi, Extra casum necessitatis; hac
enim urgente, sicut à Jure induitum tem-
pus contrahi, sic etiam electio, tem-
pore diurno cæpta, nocturno perfici,
aut etiam inchoari potest non tantum, si
propter viciniā termini eligendi facul-
tas sit interitura: sed etiam, si imminet
periculum capituli dissolvendi, turban-
da electionis, aut istius libertatis dimi-
nuendæ, Donatus Tom. 2. Prax. Regul.
Tract. 3. q. 7. n. 4. Quòd tamen casu,
solaris & diurnæ lucis defectum supple-
num: &, ne fraudibus facile sit locus,
in ferendis concribendisque suffragiis lu-
mina adhibenda, idem n. 4. monet cum
Miranda & Laiman, l. cit.

Electionibus prælatorum, præser-
tim ad Ecclesiæ Cathedrales &
Metropolitanas, præmitti so-
lent, & ex S. Synodi Tridenti-
nae præscripto debent Supplicationes &
preces: quibus Clerus Populūsque bo-

num à

actus etiam judiciales, diebus feriatis
prohibiti non sunt, c. fin. ibi, Nisi Pie-
tas suadeat, de Feria, ubi Glossa V. Eō-
dem; quia summa ratio est, quæ facit
pro religione, l. Sunt persona 43. ff. de
Relig. & Sumpt. fun.

137. Dubium de electionis tempore se-
ptimè est, an ea necessario facienda sit
tempore diurno? Non solum conve-
niens, sed extra necessitatis casum nec-
essarium esse, ut hoc tempore non solum
inchoetur, sed inchoata etiam perfici-
tur, cum Rodriguez Tom. 2. Regul. q.
51. art. 15. tradunt Miranda Tom. 2. Ma-
nual. Prelat. q. 23. art. 12. conclus. 1. &
Laiman in e. Cùm in causis 30. n. 6. &,
quantumvis eam, quæ nocturno tempo-
re peragitus, à Jure nupsiā irritatam
agnoscant, irritandam tamen docent; cùm,
quòd facta sit contra SS. Canones, de no-
te agitari prohibent judicia, c. Con-
sultuit. 4. de Offic. delegati &c. Quia pro-
pervicit. & reprobantes electiones clande-
sinas: cujusmodi, etiam nocturno tem-
pore factam centent: tum verò; quòd
sit suspecta; cùm juxta veritatis testimoni-
um, qui malè agunt, oderint lucem.

138. Dixi, Extra casum necessitatis; hac
enim urgente, sicut à Jure induitum tem-
pus contrahi, sic etiam electio, tem-
pore diurno cæpta, nocturno perfici,
aut etiam inchoari potest non tantum, si
propter viciniā termini eligendi facul-
tas sit interitura: sed etiam, si imminet
periculum capituli dissolvendi, turban-
da electionis, aut istius libertatis dimi-
nuendæ, Donatus Tom. 2. Prax. Regul.
Tract. 3. q. 7. n. 4. Quòd tamen casu,
solaris & diurnæ lucis defectum supple-
num: &, ne fraudibus facile sit locus,
in ferendis concribendisque suffragiis lu-
mina adhibenda, idem n. 4. monet cum
Miranda & Laiman, l. cit.

num à Deo pastorem valeat impetrare,
ut habetur *Seff. 21. cap. 1. de Reformat.*

140. Eidem præmittenda etiam sunt va-
riae solemnitates, præscriptæ à Jure, vel
Consuetudine introductæ: & primò qui-
dem invocatio Spiritus Sancti, celebrata
de eo Missâ, sub qua electores omnes,
etiam presbyteri, SS. Eucharistia Sacra-
mentum sumant: & Hymnô, *Veni San-
cte Spiritus*, clarâ voce recitatâ in ipso
peragendâ electionis loco, c. *Cum terra*
14. hic &c. Cum Ecclesia 3. ibi, Spiritus
Sancti gratiâ invocatâ, de Causa poss.
& prop. in quem congregandis signum
campanâ est dandum, c. In causa 30 Lai-
man in c. Quia propter 42. n. 1. & Pa-
serinus de Elect. cap. 15. n. 1. Secundo,
à capituli præside interponitur protesta-
tio de non excludenda, quæ habilis: &
non admittenda persona, quæ ad suffra-
gium in electione ferendum ex quacum-
que causa inhabilis est: &, si quas ha-
bent, capitulares opponunt exceptions
contra votum aliquujus vel plurium elec-
torum, *Paferin. l. cit. n. 9.* Tertiò, ab solu-
to ab Excommunicatione aliisque
censuris, ad effectum Canonicæ electio-
nis, impertienda à Legato Apostolico,
vel alio quopiam præsentे & prædicto ta-
li potestate, *Laiman cit. n. 1.*

141. Præterea in aliquibus Ecclesiis ad-
hiberi solet prævious Tractatus: quod de
persona eligenda in genere agitur, vel
quædam personæ ad Prælaturam idoneæ
nominantur, & capitulo proponuntur,
juxta c. *Quod sicut 28. c. In causis 30. c.*
Cum in veteri 52. &c. In genesis 55. Lai-
man cit. n. 1. & ante eum Tholosan. de
Electione cap. 15. n. 3.

142. Imò in nonnullis, Tractatu præviò
agi consuevit de Capitulatione, ut vo-
cant, continentem varios articulos, Ec-
clesiæ regimem rerumque & jurium ad
eam pertinentium administrationem con-

cernentes: quorum obseruantiam, in fuc-
tionis eventum, capitulares singuli
jurati promittunt. Ex quibus

Dubium oritur primò, de necessi-
tate prævii Tractatus. Non ejus, quod
de hujusmodi Capitulationum articulis
convenitur; cum pro tali nullus Juri
textus valeat allegari: sed, quod de per-
sona eligenda agitur in genere, vel qua-
dam persona nominantur; hunc enim
de electionis substantia esse, cum Gio-
n. c. *Cum in veteri cit. V. In tractatu*
stinent Tholosan. cit. n. 3. Barbofa Jur.
Eccles. lib. 1. cap. 19. n. 183. & Donat
Tom. 2. Prax. Regul. Tract. 1. q. ii. n. 3.
eum Confuetudine abrogari posse ge-
gens, eaque motus ratione; quod illa in
non habeat contra Jus, actui forman-
ti præscribens cum claufula irritante; Jure
autem Tractatum ad electionis forma-
ita præscriptum, cum DD. cit. ait ca-
p. 1. dis. 23. c. *Cum inter 21. c. Quod sicut*
c. In causis cit. quibus textibus Tracta-
tus præparatorii electioni præmissi & no-
minationis mentio fit, c. *Cum in veteri*
&c. In genesis cit. quibus electiones fac-
prævio Tractatu celebratae ab Innocentio
III. sunt cassatae. Ratio, quâ ejus se-
cessitatem fraudent, unica est; quod v-
lectio sit unius præ ceteris assumptionis
huic autem locus non sit sine prævio tr-
actatu; cum sine isto, quis ceteris pro-
ferendus sit, innoscere capitularius
non possit.

Sed ratio ista, sicut magnam, si
lectio de extraneis & omnino ignotis per-
sonis: ita exiguum vim habet, si ut re
solet, ea de notis multoq[ue] ullo pro-
batis, & collegialibus præsertim, per-
sonis celebretur.

Non magis, quam ratio, urgente
textus; quia imprimis can. 1. cit. agit
de electione Papæ: à qua ad alias argu-
mentum ducere non licet; cum, qui
ea mul-

ea multa singularia habet: tum verò; quia olim in ea non, ut hodie, suffragium ex aequo omnes habebant, sed adhibebant electiones duæ: una Episcoporum, quæ can. cit. Tractatus nomine venit: altera presbyterorum & diaconorum, quæ isti ab illis celebratam electionem roborabant, ut cum Albano Tract. de Cardinal. q. 11. & aliis notant Passerinus Tract. cit. q. 11. n. 69. Dein c. In Genesi cit. Tractatus nomine non intelligitur, præmissus de persona eligenda: id post scrutinium peractum facienda collatio numeri vocalium ad numerum & discussio, an duo canonici essent legitimi vocales: propter cuius collationis defectum, & quod non sit facta collegialiter, electio est cassata, ut planum reddet lectio textus, & cit. n. 69. notat Passerinus. Simili ferè modò c. In causis cit. verbum Tractare idem, quod Elige-re denotat; ut canonici, cùm ad trahandum de electione Episcopi conveniente dicuntur, ad eum eligendum conveniente intelligantur, ut verbis *Duos elegerunt immediate subjectis declaratur.* Quin, et si verbō illō non ipsa electio, sed prævius tractatus denotaretur, ex ejus, uti & c. Cùm inter c. *Quod sicut citr. textibus, ejusmodi tractatum & nominatio-nem electioni quidem præmitti posse: non etiam illum ad istius substantiam & valorē exigī, rectē desumeretur, Passerin. cit. n. 69.* Demum c. *Cum in veteri cit. electio cassata quidem fuit propter omis-sionem prævii Tractatus.* At non; quod id aduersetur Juri communi: sed, quod attentata sit contra speciale mandatum Papæ, præcipiens, ut electio non fieret, nisi cum consilio duorum Abbatum & unius Fratris Ordinis Prædicatorum, & aliter factam irritantis: quod fieri non poterat sine prævio tractatu de persona eligenda, quām tribus illis proponerent,

corūmque super illa consensum requiren-t & debito tempore expectarent, ut cum Panormit. in c. cit. à n. 7. idem no-tat n. 69. & cap. 15. n. 9.

Quare, licet tractatus de persona eligenda ad electionem necessarius, eo que omisso celebrata electio nulla esse queat Jure speciali, vg. Consuetudinis vel etiam statuti Apostolicæ authoritate con-firmati, vel etiam specialis mandati Pa-pæ, sine ipso, ut c. cit. aliav simili de-liberatione vel alicuius dubii discussione ad electionem procedi, cum clausula irri-tante vetantis: Jure tamen communi ne-cessarius nequaquam est, & accidentalibus electionis solemnitatis merito ac-cessetur à Laiman in c. *Quia propter cit. n. 1. Passerino cit. cap. 5. n. 69.* & Pir-rihing ad hanc Rubr. n. 161. quod eius ne-cessitas expresa non sit Antiquo: novis simò autem Jure Tridentini Sess. 25. cap. 6. de Regul. præscripta Regularium elec-tionibus formæ non congruat; cùm ista exigit scrutinium omnino secretum, ut vocalium suffragia non revelentur. Un-de prævius de persona eligenda Tracta-tus Collegialis Consuetudine abrogari non solùm potest, sed in multis Ecclesiis de facto est sublatuſ.

Dubium secundò est, de Tractatu Capitulationis, quò à capituloaribus con-gregatis super quibusdam articulis ab E-piscopo aliōve prælato Seculari aut Regu-lari eligendo observandis ante electionem convenit. Pro cuius valore & honestate facit primò; quia sedē vacante penes capitulum residet jurisdictio & ad-ministratio Episcopalis, c. *tit. que 11. c. Cum olim 14. de Majorit. c. Unic. eādem Rubr. in 6. c. Si Episcopus 3. & c. fin. de Suppl. neglig. in 6. vi cuius potest omnia, quæ episcopus, nisi ipsi speciali-ter prohibita sint, ut Regula instar Lib. 3. Tit. 9. à n. 3. statuetur: & in specie condere*

condere valet statuta seu leges, ad Ecclesiae vel Episcopatus bonum & utilitatem spe-
stantes. Secundò; quia, eadē fede
vacante, capitulum revocare potest à
prælato defuncto male factas alienatio-
nes, aliisque in Ecclesia & Dignitatibus
Menseque Episcopalis damnum ac præ-
judicium gesta, arg. c. Si quis 6. de Reb.
Eccles. alien. ubi Glossa V. Personis Pa-
normit. n. 9. Laiman de Rer. Eccles. alien-
nat. cap. 3. n. 39. & cit. Pirrhing Lib. 3.
Tit. 13. n. 67. Cur non, & multò magis,
præviæ capitulationis articulis provide-
cavere; ne à Prælato eligendo in ejus
damnum ac præjudicium aliquid atten-
etur? cum latius sit damnis tempestivè
occurriere, quam reparare illata, & ab-
lata vindicare, arg. l. fin. C. In quibus
caus. restit. in integ. & l. 1. C. Quando li-
ceat unicuique Tuschus Præf. V. Preve-
nire conclus. 446. n. 1. Tertiò; quia
pro Capitulationibus militat ferè gene-
ralis & immemorialis Consuetudo Ecle-
siarum Germaniæ nostra: cujus electio-
nibus præmitti Tractatus, Episcopatum
statum ac regimen rerumque administra-
tionem concernens, eoque prælatis eli-
gendi præscribi solent varia capita: ad
quorum perpetuam obseruantiam in ca-
sum, quod ipsi elegantur, capitulares singuli
juramenta Religione se adstringunt.
Quæ consuetudo cum Naturali & Divi-
no Juri non contraria, neque à ratione
aliena aliunde sit, vim legis obtinet: &
si quæ unquam extitisset, contraria legi
Ecclesiastica prævaluit, c. fin. de Con-
suet. & l. De quibus 32. §. fin. ff. de LL.
Unde Quartò, ad ejusmodi Capitula-
tionis articulorum singulorum observan-
tiā electus perpetuō sic adstringitur; ut,
quantumvis alias, sicut ab antecessoribus
suis, sic & sede vacante à capitulo con-
dita statuta post obtentam confirmatio-
nem revocare valeat & abrogare, ejus

revocationi tamen & abrogationi obso-
xiæ, ex toto vel parte tantum, non fit
Capitulationes; cum istæ non solum sint
statuta sive Ordinationes capitulares sed
etiam pactiones seu conventiones, ma-
tuò ipsius & reliquorum Capitulationis
consensu, liberè initæ: pacta autem &
conventiones, etiam cum subditis initæ
ex iisque ortas obligationes revocare &
abolere non solum Episcopus, sed Pape
etiam & quivis aliud Princeps supremus
non possit, arg. c. 1. & c. Qualiter 3. h.
Pactis; quia ad pactionum & conve-
ntionum liberè initiarum obseruantiam ob-
ligat lex Naturalis, l. 1. pr. ff. de Past.
& l. In his s. §. 2. ff. de Solutionis.
Principem æquæ ac subditos adstringat
Lesius Lib. 2. de I. & I. cap. 17. n. 13
& Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 21.
n. 1. ut non immerito Baldus dixerit,
Deum Principibus quidem leges: ut
etiam pacta & contractus subjecisse, &
pud Card. Dominic. Jacobat Lib. 7. 16
Concil. art. 5. n. 21. & 64.

Sed rationes istæ, licet elecio-
præviis Capitulationibus virile patro-
nium præstent, earum tamē honestas
& valorem etiam, indiscriminatum &
non perfudent; ut locus, imo opa
non sit aliquæ inter ejusmodi Capitu-
lationum articulos distinctione.

Primò enim, ex antiqua Confo-
tudine subsistunt earum articuli, quibus
exactò etiam jurejurando, Prælato eli-
gendo solummodo injungitur obser-
vatio ejus, ad quod ex Pastorali suo offici-
tenetur, vg. ut invalidecentem in Diocesi
pravam Consuetudinem tollere, clericis
reformare, Seminarium erigere, rem Ec-
clesiæ immobilem ab antecessore com-
SS. Canones alienatam recuperare, &
Privilegia & alia jura illæta confer-
studeat, ut colligitur ex c. 1. de Juris-
rando in 6. ubi à Nicolao III, super que-
bus

busdam statutis præstata à Prælatis jura-
menta , quatenus ad licita possibilia &
Juri non obviantia referuntur , pro ob-
ligatoriis non obscurè habentur . Ra-
tio est ; quia hujusmodi articulis Eccle-
siæ ejusque Prælaturæ gravamen aut præ-
judicium non infertur : sed Prælatus eli-
gendum sui tantum officii admonetur , &
ad id dignè gerendum excitatur , Card.
de Luce *Theatri V. & I. Tratt. de Canon.*
& Capit. disc. 29 n. 25.

149. Secundò , illiciti contrà & invalidi
sunt articuli , qui ad immunitiōnē sta-
tūs Ecclesiæ , jurisdictionis & administra-
tionis , Episcopo aut alteri prælato Jure
concessæ , restrictionem rerumque aut ju-
rium ad ejus Mensam pertinentium di-
minutionem tendit , ut indubitate de-
sumitur ex Rubrica , *Ne sede vacante al-
iquid innovetur quā secundum omnes*
DD. ea saltē innovatio capitulo est in-
terdicta , qua in prejudicium Digniti-
tis & Menſæ Episcopalis , rerumque &
Jurium ad eam pertinentium diminutio-
*nem tendit: propter cuius periculum Epis-
copo defuncto de Ecclesiæ Mensa que Epis-
copalis rebus , quæ servando servari pos-
sunt , quidquam alienari , can. Si qua de re-
bus 12. q. 2. c. 1. Ne sede vac. & super ejus
rebus jurib[us]que judicium , five agendô
five respondendo , inchoari , & inchoa-
tum continuari c. fin. eādem Rubri pro-
hibetur.*

Ratio est partim ; quia sede vacan-
te Ecclesia ejusque prælatura caret legitimi-
mō defensore , qui ejus res & jura tuea-
tur , c. 1. & c. fin. cit. Ejus autem le-
gitimō defensore parentis res & jura , in
& extra judicium , in discriben adduci
nequeunt ; quia fungitur vice , & gau-
det jure minoris ac pupilli , c. 1. & c. Au-
ditio 3. De in integ. refit. quorum , tuto-
re & curatore parentium , res & jura alien-
ari , & in judicium jacturæque discri-

men adduci prohibentur , 1. Non solum
4. C. de Pred. min. & l. Aet[us] 25. ff. de Re
judic. partim ; quia Episcopus est capi-
tuli superior , ejus caput & proprius præ-
latus , can. 1. S. Episcopus d[icitur]. 21. c. Ir-
refragabilis 13. pr. de Offic. Ordin. c. No-
vir. 4. De his , quæ a prælat. & Trident. Seff.
2. 5. cap. 6. de Reformat. Superiori au-
tem suo ab inferiore , capiti à membris
& à subditis proprio suo Prælato leges
& onera imponi , ejus res ac jura dimi-
nuī & potestatem restringi , Jus & ra-
tio Naturalis non permittunt , can. In
sancta 2. q. 7. c. Cum inferior 16. de Ma-
jorit. c. Ex insinuatione 50. de Appell. Et.
presertim , si superior &c. jurisdictionem
& administrandi potestatem non ab il-
lis : sed , ut de Episcopis Tit. 30. a n.
76. ostendam à Christo saltem mediate ,
scilicet per suum in terris Vicarium Ro-
manum Pontificem , collatam habet.

Tertiò , multò magis illiciti & in-
validi sunt ejusmodi Capitulacionum ar-
ticuli , concernentes utilitatem ipsius capi-
tuli , vg. quibus jura aliqua & proven-
tus Menſæ Episcopalis in capitularem
transferunt , ut DD. nemo facile au-
xit inficiari . Ratio præter allatas est ;
quia , etiam ipse etiam Episcopus partem
aliquam redditum dignitatibus & bene-
ficiis inferioribus detractam Mensa suæ
applicare , & in proprios usus converte-
re etiam cum capitulo consensu nequeat ,
Clement. 2. de Reb. Eccles. alien. ne in
proprio facto & actu , suam utilitatem
concernente , autoritatem ipse præstet ,
contra Regulam l. i. l. Pupillus 5. ff. de
Auth. Tutor. & c. fin. de Instit. & Glossam
in Clement. cit. V. Mensa , multò minus
capitulum lolum prælaturæ vacantis ju-
ra , ejusque proventibus detractam por-
tionem Menſæ suæ adjicere & sibi ven-
dicare valebit ; quia ita non solùm in
proprio facto & in utilitatem suam au-
thoriza-

N

thoriza-

thorizaret, contra *U. &c. cit.* sed insuper in rebus custodiæ & curæ sua commissis male versaretur, & inferret detribenta, quæ ex officio avertire deberet: déque rebus alienis sibi provideret, pernitiosò exemplò & maximò damnò ipsius dignitatis Episcopalis: cuj^o res & jura hanc ratione plurimùm cum tempore diminuerent, & capitulo subjecerentur.

Neque hanc de Capitulationibus doctrinam convellunt, aut dubiam reddunt argumenta, allata pro earum valore & honestate. Priora duo; quia id solummodo persuadent, quod ulti datur & primò distinctionis membrò est firmatum: dummodo ejusmodi Capitulationis articulis prælatis Jure concessa jurisdictionis administratiōque non restrin-
gatur.

I⁵¹. Tertium; quia, sicut Capitulationes Ecclesiæ bonum ejusque iurium ac privilegiorum conservationem, reparatiōneque spectantes, condendi mos, ubi viget, servari potest, *arg. c. fin. &c. De quibus cit.* sicut in Episcopalis dignitatis, administrationis ac Mensæ præjudicium tendentes fabricandi Confuetudo, Facti potius quam Juris, ac proinde abusus potius est, quam Jus Confuetudinariū, partim; quia deficit in rationabilitate; cùm eā superior inferiori, membris caput & prælatus subditis, pernitiosò exemplò & Ecclesiarum damnò, subdatur: & his in proprio facto authorizandi fiat licentia, à ratione ita aliena; ut eam vi Confuetudinis etiam immemoralis sustineri posse, cum *Glossa fin. in Clement. cit.* negent Panormit. n. 17. & Firthing est. Tit. 13. n. 9. partim verò; quia in ea desideratur consensus Legislatoris; cùm cit. Clementis V. Constitutione disertè reprobetur, & à Clemente VIII. inter cæteros abusus in Ecclesiarum ruinam vergentes, referantur

hi: Vacante sede bona ab Episcopatu-
ria, quanto magis illorum Mensæ do-
ctrinæ redditus, in propriis usus capitula-
rium converuntur, & Episcoporum ju-
risdictio per contrarias SS. Canonib[us] Capitulationes & paœta confringuntur, u-
retert Branden in *Concordata Germ. No-*
tab. 10. n. 34. & 35.

Quartum; quia Capitulationes, si
tiam si paœta & conventiones sint, quod
ejusmodi præjudicios articulos valor
destituantur; cùm sanctionibus Cano-
nicis, *Rubrica & text. cit.* Ne sede va-
irritata: & servanda etiam non sint, lo-
cundum leges Imperiales; quia secu-
dum istas non obligant paœta fraudul-
causâ & contra Jus inita, *l. Juris genitio-*
7. §. 16. &c. Inter 42. ff. de Patis; in
juri publico privatorum pactiōibus no-
queat derogari, *l. Jus publicum &c. Rubric. &c. Si diligenti 12. de Foro con-*
pet. Accedit; quod pactiones inter
lectores & electum multò difficulter
sint, quām statuta & Ordinationes Ca-
pitulares, ut paulò post patet. Et
dictis

Dubium tertium oritur de jure
mento, firmandæ Capitulationi adjecto
pro ejus enim valore & obligatione fac-
Regula c. Cùm contingat 28. de Jurefir-
mando &c. Quamvis 2. de Paulis in i-
cùm enim debitor, suā necessitate &
varitiâ fœneratoris coactus, damnò &
& injuriâ suā non obstante, solvere te-
neatur usuras, quas juratus promisi-
c. 1. &c. Debicores 6. de Jurefirmando
electus quoque juramento roborata Ca-
pitulationis articulos adimplere tenet
tur, præjudiciō & rerum suarum judic-
iā non obstante, per Reg. cit. Nisi, je-
rimenti relaxatione à Papa, vel remis-
sione à capitularibus obtentā, adjuvent
c. 1. cit. c. Verum 15. de Jurefirmando.

At revera iis, de quibus sermo el-

Capite

Capitulationum articulis robur & obli-
gandi vim non conferunt super iis præ-
dicta juramenta, ut cum Glossa in c. Si-
cuit nostris 27. V. Reducas de Jurejurando, Panormit. pr. Zabarella S. Manda-
mus, Baldo n. 1. & aliis ejus textis Inter-
pp. docent Sylvester V. Juramentum
q. q. 15. Pavinus de Off. & Potest. Capit.
Sed Vac. p. 1. pr. q. 6. à n. 8. Flaminius
154. Lib. 3. de Resignat. q. 14. n. 10. & alii,
nemine difflente; cum juramenta illa
pro illicitis & invalidis aperte habeantur
c. Sicut 27. cit. Et c. de Jurejurando in 6.
quorum textuum priori talia juramenta
ab Innocentio III. quod incaute & inde-
bitè præstata sint, Perjuria nuncupantur:
posteriori Nicolaus III. ea, super ejus-
modi Capitulationibus generaliter præ-
stata, ad eos duntaxat articulos, qui in
iis liciti & possibiles sunt, extendi de-
clarat; ut jurantes ad eorum tantum,
non etiam ad aliorum articulorum, ob-
servantiam adstringantur. Quæ ictius
Papæ Constitutio à Pio V. Constat. quæ
incipit Durum nimis pridie Calend Junii
1570. & Gregorio XIII. Constat. quæ in-
cipit Inter Apostolicos edita Nonis sept.
1584. est innovata: & non solum ejus-
modi articuli ictisque adjecta juramenta ir-
rita declarata sunt: sed insuper ii, qui
ista scienter præstant, usu & commo-
dō rei, cuius causā jurarunt, eō ipso
privati: ea verò exigentes Episcopi &
reliqui Ordinis Episcopalis prælati à Divi-
nis suspensi: capitula verò seu Conven-
tus, earumque Ecclesiæ & loca interdi-
cto Ecclesiastico supposita: singulares
demum personæ excommunicatae:
earumque Censuram relaxatio ab-
solutiōque sedi Apostolice est refer-
vata.

155. Ratio nullitatis juramentorum, quo-
ad dictos articulos, est; quia in omni ju-
ramento tacite inest conditio, Si potue-
ro, arg. t. Impossibilium 185 ff. de R. I.
non solum de Facto, sed etiam de Jure,
hoc est, Si lícitè potuera; cùm id fo-
lum dicamur posse, quod justè & ho-
nestè facere possumus, can. Faciat 150
juncta Glossa V. Quid potest 22. q. 2.
Unde, quod de Capitulationis observan-
tia ante electionem prælatus prætitit,
ad ejus articulos licitos duntaxat & possi-
biles se extendit: non etiam ad illicitos,
sive eos, qui in Dignitatibus & Mensæ E-
piscopalis præjudicium tendunt. Quo-
rum ulterior & fundamentalis ratio est;
quia, cùm juramentum institutum non
sit, ut esset vinculum iniquitatis, can.
Inter cetera 24. q. 4. Et. Quandò 13. de
Jurejurando, validum & obligatorium
non est, quod de re illicita est, ut etiam
habetur can. Est etiam 2. can. Quod Da-
vid 3. Et. q. cit. Et Reg. Non est obliga-
torium 58. in 6. De re autem illicita
esse juramentum, quod ejusmodi articu-
lorum observantia promittitur, extra o-
mne dubium est; cùm tendat in præju-
dicium Dignitatis, Potestatis & Menſæ
Episcopalis, ejusque rerum & jurium di-
minutionem: quæ juranti, tam antè &
Sede adhuc vacante, Rubrica c. 1. Et c.
fin. Ne sede vac. quā post electionem
prohibita sunt; cùm ea illæsa conserva-
re & læsa reparare prælatus ex officio te-
neatur, can. Si qua 12. q. 2. c. Nulli 5.
c. Si quis 6. Et. de Reb. Eccles. alien. Imò
juramentum illud aperte pugnat cum al-
tero, quod in sua consecratione vel be-
nedictione præstare prælatus debet & ha-
betur Pontific. Rom. Titt. de Confec. E.
pisc. Et de Benedict. Abbat.

Neque pro hujusmodi juramento
facit Regula, c. Cūm contingat Et c.
Quamvis cit. quia huic locus non est in
juramentis, Jure irritatis & præstis de

N n 2 re illi-

re illicita atque impossibili, ut abundè est ostensum.

156. Quare, ad Episcopatum electus, ab eiusmodi articulis Capitulationis recedere, eisque contravenire potest, non exceptatā vel peritā juramenti relaxatione vel absolutione. *Sicut c. 1. cit. Glossa in c. Sicut cit. V. Reducas ubi Panormit. n. 1. Laiman. n. 2. & Wagnerek §. Unde;* quia relaxatio & absolutione supponunt vinculum & obligationem, quæ relaxentur: juramentum autem, de re illicita praestitum, vinculum & obligationem praestandi, quod, eo medante, promissum est, non inducit; ac proinde nullà opus habet relaxatio vel remissione, secundum receptam doctrinam D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. & 9. Gutierrez de Jurament. p. 1. cap. 72. n. 5. & Sanchez Lib. 3. Moral. cap. 9. n. 13. qui propterea c. Pervenit. 2. & c. Cum quidam 12. §. fin. de Jurejurando & similes textus alios, pro absolutionis necessitate allegari solitos, vel de absolutione à peccato, quod temerè & incaute jurando commisum est, vel de absolutione solum interpretativa & nullitatis declaratoria, non de dissolutiva vinculi sive obligationis promissa adimplendi, intellegunt cum Glossa fin. in c. Pervenit. cit. quam etiam fecuti sunt Suarez de Jurament. lib. 2. cap. 15. n. 8. & Barbosa in c. Cum quidam cit. n. 5. in fine.

Confirmatur; quia Episcopus liberè revocare potest, quæ antecessor & ipse etiam promotus, in Ecclesiæ & Mense suæ præiudicium concessit, c. Si quis cit. non obstante juramento, praefitò de iis non revocandis, Gloss. in c. cit. V. Alienator, ubi Panormit. n. 7. & Barbosa n. 8. Ergo multò magis revocare vallet, quæ in eius præiudicium promisit ante electionem; quia illa securè muta-

tus est status personæ: & ex Canonio Episcopus atque, ut Baldus in c. Sicut cit. n. 4. loquitur, quodammodo novus homo est factus; ac proinde, quæ ut Canonicus indebet concessit, revocare ut Episcopus potest: sicut in simili de Cardinale, ad summum Pontificatum electo, cum eodem docent cit. Jacobinus cap. 5. n. 212. & Flaminius Lib. 3. de Resig. q. 18. n. 101.

Dubium quartò est, an huic modi articuli infecti vitiō Simoniæ; si proinde non solum vitiō ipsi sint, sed vitiōsam & irritam reddant electionem, juxta c. Mattheus 24. & Extravag. 2. V. Per electionem inter Comm. de Simonia. Dubitandi ratio oritur et Summa 8. 9. 3. quæ pactiones conventionesque præviae specialiter ab electione: & ex c. Cūm clericis 6. & c. fin. De Partib., quibus textibus illæ generaliter tanquam Simoniace, reiciuntur. Sed his textibus intacta relinquuntur honestas articulorum, qui electum ad iudicium taxat officii observantiam additum gunt, ut rectè observat laudatus de Luca cit. disc. 29. n. 5. cùm exploratum sit, ea, quæ ex natura rei int̄nt, & Jure sunt debita, ut quæ ex officio dignitati annoxo, prælato imminent, ita pactum licet deduci & promitti, etiam in spiritualibus & collationibus feriorum postle, arg. c. Significatum 12. Præbend. Glossa in c. Significatio 4. V. Conditione, de Electione ubi Panormit. n. 4. Felinus in c. Ad audientiam 34. de Rescript. n. 8. Garcias p. 8. de Beng. cap. 2. n. 14. & Suarez de Simonia cap. 39. n. 16.

Iisdem textibus etiam articuli, antejecti, simoniæ non convincuntur; quia capitulationes non tam pactiones & conventiones sunt inter eligentes & electos, cum ad-

cum adhuc nemo electus, & quis eligendus sit, ignoretur, & extranea persona non minus quam capitularis esse possit: quam quædam statuta seu Ordinationes capituli, huic quatenus in Ecclesiæ & Diœcesis bonum tendunt & prælatura pœnæ non afferunt, consuetudine permisæ. Quæ ratio est cur ejusmodi articuli cit. c. Sieut &c. i. de Jure juriando non quasi simonia labo infecti: sed ratione damni ac pœnæ, quod dignitat, Authoritati & Menſæ Episcopali inferunt, reprobentur. Ab eadem labo ipsos absolvit Praxis Romana, quæ electiones, præviæ capitulationibus celebratae, non ut simoniacæ solent & de Jure debent, irritæ declarantur: sed, si alio defactu substanciali non laborent, autoritate Apoſtolicæ confirmantur, rejectis duntaxat articulis, qui in prælatura damnum & capitularium commodum verge-re videntur, teste de Luca cit. disc. 29, num. 2.

158. Multò magis à Simonia remotaæ capitulationes sunt, si, ut ferè solent & debent, effectum fortiantur, non ex solo facto capitularium eas fabricantium: sed ex beneplacito sive approbatione sedis Apostolicæ, ut ante istius approbationem nouo omnino perfectæ & plenè sint conclusæ; cum in consensu & ratihabitio-nem Apostolicam collatae, non ordinatio-nes duntaxat, sed conventiones quoque & promissiones à Simonia vitio immunes esse, Felini l. cit. Navarri Manual. cap. 23. n. 107. Flaminii de Confid. q. 40. n. 11. & 44. &c. doctrina, ratiōne perspicua sit; quod, si illis ita initis sedis Apo-stolicæ beneplacitum accedat, ea, quæ ex ipsis præstanta sunt, prætari censeantur non tam ex consensu & conventione capi-tularium, quam ex voluntate Papæ: qui supremam plenāmque de dignitatibus,

beneficiis ceterisque rebus ac juribus Ecclæsiasticis disponendi habet potestatem, c. Licet 2. de Præb. in 6. & Clement. 2. II

lite pend.

Alia ratio est articulorum, spectan-

159.

tum capitularium commodum & haben-tum rationem pœtionis, & in conſen-sum Apostolicum non relatorum, vg. quibus aliquis, ceteris Capitularibus exi-gentibus, rerum ac juriū ab Episcopali ad Capitularem Mensam translationem promitteret vel offerret, si electionem de sua persona celebrent &c. Tales enim iisque similes, Simonia vitio aperte in-fectæ, utique inficerent & nullam redde-rent electionem, juxta c. Matthæus &c.

Per electionem cit. cum iis pro spirituali aut huius annexo tempore promitti pa-lam sit. Cujusmodi illicitos pœtionum & Capitulationum articulos, ut è medio tolleret, eisque in futurum omnem an-sam præcideret, Innocentius XII. novis-simè severissimè Constitutione quæ incipit Ecclesia 22. Septembr. 1695. publicata, ante memoratorum Nicolai III, Pi- V. & Gregorii XIII. Prædecessorum suo-rum Constitutionibus innovatis & per omnia confirmatis, ultra penas iis impo-ſitas, Imprimis ejusmodi Capitulationes, Pœtiones, Concordata &c. condere & inire præsumentes dignitatibus, canon-i-catus & aliis beneficiis: & si Regulares fint, voce activâ & passivâ, & generaliter munieribus & officiis obtentis privavit, & ipsò factò privatos declaravit: atque ad illa & alia quæcumque obtainenda inhabi-les reddidit. Deinde in posterum Capitu-lationes, Paclæ &c. quæcumque ante ipsam electionem postulationemve condi & ini-ci, sub iisdem penis earumque reſerva-tione & actorum irritatione, prohibuit. Et demum, post electionem &c. jam per-aclam ea condi & iniri quidem non ve-

Nn 3

tuit:

erit: condita tamen initave judicio Apostolico submitte, eorumque executionem, donec a sede & autoritate Apostolica confirmantur, omnino suspensum esse, voluit ac præcepit.

ARTICULUS X.

De Electione per viam Inspirationis vel quasi.

SUMMARIUM.

- 161. Electionum Forma olim diversa:
- 162. Hodie tres sunt.
- 163. Prima per Inspirationem Divinam,
- 164. Vel quasi- Inspirationem :
- 165. Cui in Regularium electionibus bodie locus non est.

Ecclesis, Pastore viduatis ac vacantibus, prælatos proficiendi non eundem semper modum in Ecclesia observatum, supra dictum est
n. 13. Electionum etiam, postquam clamore & consensu populi excluso ipsis Ecclesiarum Capitulis permisæ ac stabilitæ sunt, c. 1. c. *Cum terra 16.* &c. non unam eandemque, sed pro temporum & locorum varietate varias Formas adiunetas, c. *Quia propter 42. pr.* insinuator; nam & per sortes, c. *Ecclesia 3. de sorte leg.* & per calculos, fabas, lupinos &c. in urnam aut ad id destinatum vas conjectos, celebrari consueverunt. Ex quibus eligendi modis; malitiosorum hominum fraude plerumque excogitatis & sensim introductis, cum gravia incommoda & pericula Ecclesias imminentia uero compertum esset, illarum indemnitatæ & utilitatæ

prospiciens Innocentius III. in Concilio Lateranensi c. *Quia propter cit. pr.* illis rejectis, Canonica electionis Formam triplicem in posterum observandam proposuit, scilicet Inspirationem, Scrutinium & Compromissum: quarum Formam primam immediatè à Deo: alteram Divino instinctu à Canone: postremam ab homine proficiaci, assertit Hoffmien, in a. cit. n. 5.

Inspiratio Divina, aliquando vero, aliquando quasi à Deo esse: & vera quidem inspiratio dari dicitur, quando contra persona Ecclesiae proficienda per veram Dei revelationem designatur: quomodo S. Mathias in Apostolatu Judi proditori suspectus est, Actor, cap. i. v. 21. S. Nicolaus adhuc laicus in Episcopum electus: S. Severus ex lanificio ad Archipiscopatum, & S. Ambrosius necum baptizatus ad Mediolanensem Ecclesiam assumpti perhibentur post can. Statuum 7. §. His omnibus dis. 61. Atque hujusmodi electionis, peccatis nostris impeditibus, nunc adeò rara exempla sunt; ut per commentarium dici soleat, columbam, cuius indicio quondam eligabantur Archiepiscopi Ravennates, à docto interfectam, testo Joan Andr. in a. *Quia propter cit. n. 40.* Si quando autem talis aliqua electio daretur, & de inspiratione sive revelatione Divina rit contemplaret, ulteriori humana confirmatione non indigeret; cum, quæ spiritu Dei reguntur, sub lege non sint, can. Dia 19. q. 2. Basilius de Elec. p. 3. cap. 16. n. 1.

Quasi-Inspiratio dari cenetur, quando, nullò præcedente tractatu vel distinctione de certa persona, electores in loco solito congregati unanimiter omnisimul vel, uno aliquem nominante, reliqui omnes in eum sine contradictione & aut hæsitatione statim contentiunt &

conclamant, *Glossa initio in c. Perpetuo 7. in 6.* quia ita concors consensus proficii presumitur ex instinctu Spiritus sancti, qui unitatis & concordiae est auditor, *can. Schisma 24. q. 1.* atque hujusmodi per quasi inspirationem Elecio, quia eam à Deo esse certò non scitur: sed ex concordia & animorum unione solummodo presumitur, subiacet legi & potestati Ecclesiasticae, ipsam non tantum confirmanti, sed eius confirmationi præmittenti cognitionem, an revera ab omnibus simul congregatis: nullò vel tantum generali, & non speciali tractatu de certa persona aslumenda: nullà confiratione, sollicitatione, disputatione aut contradictione præcedente: nullà fraude, promissione vel labore simoniacā interveniente, liberè & sponte sit facta, *Idem n. 3. & 6. & Faganus in c. Quia propter cit. n. 29.* qui tamen *n. 25.* & ante ipsum *Garcias de Benef. p. 5. cap. 4. n. 204.* monent, hujusmodi electionis usum cum tempore remotum ab Electionibus Regularium: in quibus eligentium vota secreta esse, & nunquam publicari, voluit Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 6. de Regul.* quòd decretò electionem per quasi-inspirationem, respectu Abbatiarum & ceterarum prælaturarum Regularium, sublatam à Card. ejus Concilii Interpp. Congregatione iterato declaratum, testes sunt *Barbosa in cit. cap. 6. n. 15.* & *Passerinus de Electione cap. 1. n. 59.* Contrarium tamen sutiliter *Laman Q. Canon. de Elec. q. 230.* & à Declarationibus abstrahendo, facile defendi censem *Engel hic n. 33.* cùm quòd *cit. S. Synodi decretum explicari possit de electione per Scrutinium: tum verò quòd in electione per quasi-inspirationem, hoc ipso; quòd unanimi omnium consensu fiat, cetera ratio periculi inimicitarum & similiū incommodorum: propter quæ*

vota secreta esse, S. Synodi PP. voluerunt. Sed, et si hoc ita sit, standum est declarationibus, si authenticas esse constet.

ARTICULUS XI.

De Electione per viam Scrutinii.

S U M M A R I U M.

166. In Scrutinio ab electoribus congregatis,
167. Tres scrutatores expresi,
168. Vel tacitè assumpsi,
169. (Etiam sine Preside)
170. Secretè & Singillatim,
171. In loco ab aliis remoto exquirunt eligentium vota:
172. Quæ esse pura & certa:
173. Non ab aliquo futuro aut incerto pendere debent.
174. Eadem in scriptis redigenda,
175. Et publicanda sunt;
176. Ut, sicut regulariter triplici Colatione,
177. Secundum majora & saniora,
178. Formatum electionis decretum, promulgetur.
179. In electione locus non est variatione:
180. Nisi scrutinium nondum publicatum,
181. Vel sequi ex eo nequeat eleccio communis,
182. Vel eō nominatus juri suo renuntiet,
183. Vel Jure ineligibili sit.
184. In eadem locum non habet accessus ad minorem:
185. Inde etiam ad maiorem partem:
186. Nisi eleccio adstricta non sit ad formam c. Quia propter 42. prescriptam:

187. Quæ

187. *Quia in sola & omni Prelatorum electione,*
 188. *Sed regulariter tantum observanda est;*
 189. *Ut aliter facta electio irrita sit,*
 190. *Secundum aliquos etiam in foro interno:*
 191. *Verius tamen in solo externo,*
 192. *Si, Jure Naturali spectatō, subsistat.*
 193. *Idque spectatī Juris textibus,*
 194. *Et ratione quoque;*
 195. *Ut electus Prelaturam licet retineat.*
 196. *Solenitatis defectu compert̄ aliquid quando nova electio inchoari potest.*

166. **U**T Scrutinium, quæ electionis altera & usu receptissima forma est, ritè peragatur, Innocentius III. c. Quia propter 42. requirit, ut praesentibus omnibus, qui debent & volunt & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secerè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communī; ut is collatione habita eligatur, in quem omnes vel major & senior pars Capituli consentit. Hac tenus textus, secundum quem ad Scrutinium DD. passim exigunt

Primò; ut electores congregentur, hoc est, in unum locum simul convenient, c. Cum terra s. Quia igitur V. studentes; quia electio est actus Capitularibus competens, non ut sunt persona singulares: sed, ut Collegium constituant; cujusmodi actus tantum à collegialiter congregatis expediri possunt, arg. l. Sicut 7. ff. Quod cuiusque universitatis &c. Panormitanus in c. Auditio 29. num. 8.

Secundò; ut à capitulo ita congregentur

gato elegantur tres scrutatores, qui & ipsi de capitulo sive numero elegientium & viri fide digni sint, Quem numerus ternarium: ut etiam, quod scrutatores esse debent de capitulo, ad electionem substantiam pertinere, licet probabili neget Glossa in c. Quia proprius V. Senior & V. Viri, alii tamen veriliter illūs affirmant; ut, spectatō Jure, sicut quando electores idonei pauciores sunt, si scrutatores pauciores vel plures aut extranei assermentur, electio patitur irritari. Ratio est; quia cit. textu prescripta constituent electionis formam, cuius constitutio non minus, quampli ad rei substantiam spectant, Hollstein in c. cit. n. 17. & alius relatis Fagnanus 43. & 44. Dixi, spectatō Jure; quia consuetudine aliud obtinet in multis Germaniæ nostræ, præsertim Regulibus Ecclesiis: in quibus communis sensu, omnium vel majoris partis capitularium, ad Scrutinium extranei (aut tamen laici) asseruntur, telle Latinum in cit. c. n. 3. & possunt secundum Pferdinandum de Elec. cap. 16. n. 17.

Dubium hic moverat, an validus electio, in qua tres vel etiam unus capitularium Scrutatoris munus aggrederetur, alii non contradicentibus quidem, sed eos etiam non designantibus, enim negat Fagnanus in c. cit. n. 42. & eius textu, quod dicuntur tres affirmant & ratione; quod se ultro ingeneret & reddant suspectos, arg. l. Quia omnes & ff. de Procurat. Cui doctrina esti locum & electio saltem infirmarda sit, quando se ingenerent tales, quibus alii electio non auderent contradicere; validam & non irritabilem electionem conferem, quando se ingenerent, neque formidabiles ob potentiam, neque de falso essent suspecti; quia tales dici possunt, tem tacite assumpti à capitulo; cum enim

hoc, si non consentiret, ex officio contradicere teneretur, id cum facile posset, non faciendo, tacite consentire, eosque ad scrutinium assumere censemur, praesertim in re favorabili, cuiusmodi est, ut Ecclesia provideatur de Pastore: in qua taciturnitas consensui & mandato aequiparatur, secundum Glossam receptionam in Reg. Qui taceat 44. in 6. Panormit. in c. Quia propter cit. n. 19. & ibi Laiman n. 3.

169. Dubium etiam est, an ad electionem necessariò requiratur Praeses, qui illum dirigat. Ratio dubitandi est; quia ita habet praxis: & meritò; cum sic videntur confutio, & discordiarum occasio amputetur, arg. can. In apibus 7. q. 1. sed ejus necessitatem praxis non satis probat; cum ex ista non constet de ulla electione, ob defectum Præsidii cassata. Accedit quod c. Quia propter cit. ubi electionis substantia referuntur, nulla ejus mentione fiat: sed solùm requiratur, ut fiat à capitulo: cui, eis vaide convenient, tamen non necessariò requiritur, ut habeat Prælatum, praesertim in actu, istius eligendi gratia instituto; cum tam electionis, quam alii actus capitulares dirigi possint ab antiquiori, Baisius de Elect. p. 3. cap. 4. n. 1. & Fagnanus l. cit. n. 72.

170. Tertiò requiritur, ut Scrutatores (præstito priùs, ut in multis locis conuentum & confutum esse, monet Rodriguez Tom. 2. Q. Regul. q. 52. art. 1. jumento, quod omnia fideliter agere & secrerum servare velint) electorum praesentium cunctorum vota secretò & sigillatim, hoc est, non aliqua plurium vota simul, aut palam; sed singula seorsim ab aliis electoribus, & diligenter exquirant: eaque, vel voce vel scripto tradita, excipiant. Quod statuendi ratio fuit; ut fine ulla confusione & liberius vota sua exprimere singuli valeant, Laiman in c. Quia propter cit. n. 4. & ibi Fagnanus

n. 47. Atque hoc in praxi ita observatur, ut primò exquirantur vota ejus, qui toti collegio præstet; deinde singuli ipsorum Scrutatorum, aliis duobus exquirentiibus: & postea primū, ipsis interrogantibus, reliqui electores vota sua dent; ne, si scrutatores post agnita omnia aliorum vota suffragentur, alicujus electionem mutatò; suò votò impedire vel promovere facilè possint, Laiman cit. n. 6.

In prælatorum tamen Regularium electionibus, usu passim receptò, electores singuli nomen ejus, quem eligere volunt, inscribunt schedæ, & hanc clausam vel oblongnatam in urnam conjicere solent; ut ita electio sit secreta, ex decreto Trid. sess. 25. cap. 6. de Regular. cit. Rodriquez art. 8. & Laiman n. 6.

Dubium est, an singulorum vota à 171. Scrutatoribus excipienda sint, ceteris capitularibus præsentibus ac videntibus. Quò modò illa excipi à scrutatoribus posse, non est, qui ambigat; quòd c. cit. solummodo exigatur, ut vota exquirantur secreta & sigillatim; ne à ceteris capitularibus percipiatur: quod, si locus amplius sit, in ejus angulo vel parte remota fieri, capitularibus in alia parte præsentibus & eminus intuentibus potest. Si locus capituli electionis angustior sit, scrutinium in loco illi contiguo peragi, in eumque vocatorum capitularium singulorum vota exquiri & recipi posse, cum Baisio cit. p. 3. cap. 25. n. 3. & Mandagoto de Elect. pralat. cap. 24. pr. docet Passerin. de Elect. cap. 18. n. 3. In quam rem Baisius allegat c. In causis 30. verba, Cū ad transactanda de electione secessissent in partē. Verum, quia hoc non de scrutatoribus, sed de electoribus, compromissariis communis capituli consensu electis, & ad sibi commissum electionis negotium pertractandum in locum separatum se conferentibus assertur, ex verbis illis in rem præsentem

○○

sentem

sentem argui nequit. Utilius in hanc allegatur c. Quia propter cit. quô, licet præsentibus omnibus assumendi de collegio dicantur tres scrutatores, histamen, ut singulorum vota præsentibus ac videntibus ceteris exquirant, non præcipit: sed id solummodo injungitur, ut illa exquirant diligenter seceret & sigillatim; ne ab aliis audiatur: quod, si locus capitularis satis amplius in ejus angulo vel parte à capitularibus præsentibus & intuentibus remoto: vel si, quam secreti ratio poscit, angustior sit, in separata & capitulari contiguo loco fieri potest; cum id ita fieri neque c. cit. neque alibi prohibeatur: & conforme sit præceptum nonnullarum Germaniae nostræ Ecclesiarum & Formulae Instrumenti Electionis à Zerla Prax. Episc. p. 1. V. Electionis relatae.

172. Quartò, capitularium vota esse debent Pura, sive absoluta, & Certa, c. In electionibus 2. in 6. quô irritantur & penitus reprobantur vota, imprimis Conditionalia, vg. Eligo Titium, si nemo dissentiat: vel, si cum etiam eligat Cajus, Glossa ibi V. Conditionalia: vel etiam, si ipse Titius consenserit; quia electus consentire debet electioni de se facta: quod non sit, si suffragium feratur sub conditione consensus iplius eligendi; quia hoc postea conditio primùm impletur & electio perficitur, Joan. Andr. in cit. c. n. 6. Deinde Alternativa, vg. Eligo Titium vel Cajus: Demum Incerta, vg. Eligo, quem senior elegerit, Glossa in c. cit. V. Incerta. Quare tali casu electione facienda est ex votis puris & certis; ut, si ex duodecim Canonis octo tantum pure & absolute suffragium tulissent: & quinque illorum consensissent in Titium, hujus electio, tanquam à majori parte facta, sine novo scrutinio esset promulganda; quod incerta & similia vota pro non datis habeantur, c. cit. Glossa ibi V. Re-

sidente, Laiman n. 2. Passerin. cit. cap. 18. n. 24. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 171.

Dubium tamen de votis seu suffragiis Conditionalis est, an ea indiferim natim omnia irrita sint. Quid suadet ratio; quia electio, postulatio & præsentes beneficis quæcumque admittantur actibus legitimis, non recipiunt bus conditionem vel diem, per Reg. Alii legitimis 77. ff. & 50. in 6. ut adeo, quæmodi prævisionum actus puros & absolutos esse, sit necesse; cum ex officio præstandi sint; ut Ecclesiis ac beneficiis recipiibus certò & sine mora provideat. Sed ratio hæc ab electionis votis non indiscriminat omnes, sed eas duntur conditions removet, quæ impedit, quod minus consensus de præsenti determinatus sit & certus, ut præter relata conditionalia vota etiam sunt, Eligo Titium, si Papa placuerit, Si quod obitum beneficium dimiserit, Si solitum jumentum præstiterit & quæcumque relata in eventum futurum contingentes; inde etiam relata in præteritum vel praedictis vg. Si Ticius morbo liberatus, Si precepit frater eius superstes est; quævis enim talis conditio actum non supponit, continet tamen incertitudinem, in electionis voto etiam reprobatur, c. in electionibus cit. cum ex eo certa electio sequi non possit, ut cum Joan. Andr. in c. cit. n. 6. Joan. Monach. & Franco ibid. n. 5. obseruat Passerin. cit. cap. 18. n. 24. Alia ratio est conditionum, que infra ipso Jure, ut vg. est, Eligo Titium in prolatum, si Ecclesia vacat, si in etate legitima vel Ordine sacro est constitutus; quæ tales conditions actum verè conditionum & incertum non reddunt: sed loquuntur & exprimunt id, quod in votis per se continetur, Glossa in c. cit. V. Incerta, ubi Franc. n. 4. Vivianus pr. & Laiman n. 1. in fine. Simili modo sufficit

votum in aliquem collatum sub condicione de futuro necessario, vg. *Eigo Titium, si eras sol orietur*; quia etiam talis condicione, cum determinata jam sit in sua causa, pro presente & existente habetur, §. *Conditions 6. Instit. de V.O.* contentum non suspendit aut reddit in certum, *Pafserin. cit. cap. 18. n. 22.*

votum in aliquem collatum sub condicione de futuro necessario, vg. *Eigo Titium, si eras sol orietur*; quia etiam talis condicione, cum determinata jam sit in sua causa, pro presente & existente habetur, §. *Conditions 6. Instit. de V.O.* contentum non suspendit aut reddit in certum, *Pafserin. cit. cap. 18. n. 22.*

174. Quinto, vota seu suffragia singulorum in scriptum redigi debent ab uno ex epis. Scrutatoribus ad hoc deputato, vel ab uno ex testibus: quos ad electionem majori fide celebrandam adhiberi posse, docent in c. *Quia cit. Innocentius n. 1.* & *Panormit. n. 14.* vel à tabellione seu Notario, ad id constituto: quem etiam laicum esse posse, defumitur ex Tridentino *Jeff. 22. exp. 10 de Ref.* ubi habetur Notarios regia autoritate constitutos, hoc officium exercere etiam in negotiis & causis Ecclesiasticis & spiritualibus posse, ut recte obseruat *cit. Fagnanus n. 54.*

175. Sexto, sic in scriptis redacta mox, hoc est, nullò actu extraneò interposito, publicanda sunt in communis; ut palam appareat, quis aut quinam sint electi: cuius publicationis effectus est; quod è facta electores variare, id est, suffragium suum revocare, & alteri dare regulariter non possint, c. *Publicato 58. Regulariter,* inquam; imprimis propter electiones monialium: in quibus, si in nullam duæ, sed tamen major pars in unam consentiat, minor pars variare & illi, quæ à majori electa est, accedere potest: dummodo id in continent, & nullò actu extraneò interposito, fiat, c. *Indemnizib. 43. Sane in 6.* Deinde; quia in aliis etiam electionibus, si publicatio scrutinio in duos æqualia aut in nullum majora vota conspirent, electores communi consenfū, vel novum scrutinium inchoare, vel in aliquos compromittere, vel mutata tententia accedere possunt ad

statim sequi debet Collatio: quam ipsi Scrutatores aut alii à capitulo deputati facere debent, c. *Quia cit. Et c. Cumana 50.* Ubi propter eius omissionem electio irrita est declarata. Ea autem juxta c. *In genef. 55.* est triplex. Numeri ad numerum; ut appareat, quot quiske suffragii, & an aliquis à majori parte sit electus: Zeli ad Zelum, considerando ipsorum eligentium prudentiam, probitatem, intentiones & motiva, an merita persona eligendæ & bonum Ecclesiae, vel privatum amicitia, consanguinitatis aut alium affectum sint secuti; ut appareat quis electus sit à parte Capituli, non tantum majori, sed etiam faniori; quæ in Canonica electione simul concurrere debent, c. *Quia cit.* Meriti ad meritum, ponderando & considerando merita scientiae, prudentiae, Virtutum unius cum meritis ejusmodi alterius electi; ut appareat, quis ex duobus electis magis idoneus sit, *Tholofanus de Elec. cap. 16. à n. 13.* Quia in re tamen

cessum, vg. quod compromissarii tracta-
tum de persona ad prælaturam præ aliis
idonea jam cœperint? & tum revocatio-
ni locum esse DD. negant, propter clara-
m decisionem c. In causis 30. §. Quia
verò ubi, re non integrâ, facta revocatio
pro nulla disertè habetur. Vel res ad-
huc integra, & non ultra Missam de Spiritu
sancto, aliisque electionis præparato-
ria est processum? & tum compromissum
revocari posse, communiter traditur ar-
gumentum à contrario ductò ex §. Quia
verò cit. Non incongruè tamen hoc
posteriori casu cum Glossa in §. cit. V.
Integra & Panormit. n. 11. subdistinguit
Laiman n. 7. Vel enim compromissum
est principaliter in gratiam & honorem
ipsorum compromissariorum, in quos
pro ea vice liberaliter translata est fa-
cultas eligendi? & tum, re etiam inte-
grâ, revocari verisimilius non potest;
quia habet rationem alicuius donationis:
quam, postquam acceptatione perfecta
est, ita facile revocari non posse, patet ex
l. Sive 17. C. de Donat. Vel compromis-
sum est per modum alicuius mandati,
commissionis aut delegacionis eligendi in
publicam Ecclesiæ utilitatem, quomodo
in dubio fieri semper censetur? & tum
vera est, arg. à contrario ex §. cit. deducta
communis doctrina; cùm proprium man-
dato sit, ut re integrâ valeat revocari,
§. Recle 9. Inst. de Mandato &c. Quia
sunque 11. de ent. Excom. in 6.

211. Ad revocationem autem hoc casu
necessarius est consensus majoris faltem
paris Capituli, arg. Reg. Mutare 33. in 6.
quia cederet in detrimentum capituli, si
id, quod ab eo unanimi omnium consensiū
constitutum est, unicus capitularis aut
minor eorum pars contra voluntatem ma-
joris posset retrahere, Panormit. inc. In
causis cit. n. 16. Cibi Laiman n. 8.

ARTICULUS XIII.

De Electione Regula-
rium ad Ordinis sui Præ-
laturas.

SUMMARIUM.

- 212. In hac secereta vota exposit Conci-
lium Tridentinum:
- 213. Cujus decretum in Prelatorum Re-
gularium duntaxat Tempora-
rium,
- 214. Et Generalium Ordinum,
- 215. Abbatiam in titulum non obtinen-
tium, electione est observandum.
- 216. Eodem decreto c. Quia propter 42.
relatam constitutionem abrogata
tam afferentum,
- 217. Et negantium DD. Opinions ac
fundamenta.
- 218. Verius Constitutio hac decreto illò
non abrogata:
- 219. Et tamen ex parte, derogatum est,
quod qualitatem votorum.
- 220. Et electionem per quasi Inspira-
tionem,
- 221. In suo verò robore reliqua sunt spe-
cialia Jura Religionum:
- 222. In quarum electionibus juris api-
ces minus scrupulosè attendun-
tur.
- 223. Publicatio nominum eligentium
non semper:
- 224. Sed certis tantum casibus irritat
Prelatorum Regularium elec-
tiones.

H Actenus ex antiquo Decretali-
um Jure deducta, pleraque Re-
gularium non minus quam se-
cularium Prelatorum elec-
tibus accommodata fuerunt ante S. Sy-
nodum

Qq

212.

nodus Tridentinam: cuius PP. sess. 25.
cap. 6. de Regulari. decretum est. In elec-
tione superiorum quorumcunque, Abba-
cum temporalium & aliorum Officialium
ac Generalium, quod omnia recte & sine
fraude siant, imprimis sancta Synodus di-
stricti praecepit, omnes supradictos eligi
debere per vota secreta; ita ut singulo-
rum eligentium nomina nuncquam publi-
centur &c. Si verò contra hujus decreti
constitutionem aliquis electus fuerit, elec-
tio irrita sit. Ratio id decernendi gra-
vissima fuit; ut præscinderetur causa a-
versionum & inimicitiarum: quibus in-
ter Religiosas congregationis fratres, &
ipsum etiam Prælatum, occasionem praे-
bere votorum publicatio facile potest, &
quandoque solet. Eo autem decreto,
sicut qualitates eligentium eligendorumque,
temporis aliisque circumstantia e-
lectionis, & suffragatorum ad hanc con-
vocatio intacta, reliquaque sub antiquo-
ris Juris dispositione: sic ab ista quadam for-
man modumque procedendi recessum
videri potest.

213. Dubium itaque primò est, in quo-
rum prælatorum Regularium electioni-
bus recitatum Synodale decretum sit ob-
servandum. Quia in re ex ipso ejus te-
nore certum est, id, sicut in ejusmodi
Prælatorum temporalium duntaxat, hoc
est prælationis munus non in titulum
perpetuum, sed ad tempus duntaxat ob-
tinendum, electionibus observandum est:
sic observari necesse non esse in electioni-
bus prælatorum Ecclesiæ & monasteria
sua obtinentium in titulum perpetuum,
ut sunt Abbates & Prepositi Ordinum
SS. Benedicti, Augustini, Bernardi & si-
milium, ut planè liquet ex verbis, *In elec-
tione Abbatum temporalium*; his enim
Synodale decretum aperte restrinquitur, &
Abbatum hisque similium Prælatorum
Regularium perpetuorum electio intacta

sub antiqui Juris relinquitur dispositione,
arg. c. Cum expeditat 29. pr. in 6. & 1.

Precipimus 32. in fine C. de Appellar. can-
que sub ista relinquendi ratio fuit: quod
hujusmodi monasteria & Ecclesia Rego-
lares Titulares æquiparent Cathedra-
libus, can. Sicut vir 7. q. i. c. Ne pro-
fectu 41. junc. Gloff. V. Regularis hu-
cūm, sicut illarum, sic & illarum præla-
Pastores nuncupentur, eorumque obi-
Ecclesia viduentur, c. cit. Faganus in
Quia propter 42. n. 19.

An id in Generalibus Ordinum dis-
tingue procedat, dubitandi ratio est:
quod, cum S. Synodus cap. 6. cit. de la-
loquens verbum *Temporalium* non rego-
rat, in Generalium indiscriminatum
nium electione decretum illud obser-
vandum videatur, ut a S. Congreg. Cat.
Concilii Interpp. declaratum ellagufi-
ganum cit. n. 19. recte excipientem Co-
natales in alia Abbatia vel monasteriis
perpetuò intitulatos, ut sunt Cisterci-
sum & Cluniacensium Generales; qui
tales instar caterorum Abbatum per-
tuorum Ecclesiarum suarum sunt spaci-
cūm ista ipsorum obitu viduentur
c. Ne pro defectu cit. atque idcirco cap.
6. cit. adjecto Abbatis verbō *Tempo-
ralium* à Synodali decreto exempti, co-
rūmque electio sub antiqui Juris dis-
positione reliqua est.

Dubium secundò est, an decretum
quoad Abbatum & superiorum Regu-
lari electiones dispositioni c. Quia pro-
pere cit. sit derogatum. Ratio dubium
est; quod c. cit. præscripta electio
forma cum decreto Concilii Tridentini
cap. 6. cit. incompossibilis appareat
utriusque collatione. Primò quia
Quia propter cit. præscripto allomen-
tum tres scrutatores, Qui vota cum
rum electorum diligenter exquirantur
per se vel tabellionem, in scriptis, redi-
mis p

max publicent in communi: quæ à Prælatorum Regularium temporalium elec-

*tione aperte removet Tridentinum, cap. 6. cit. expōscens, ut illa fiat *Per vota se-**

cretā ita, ut singulorū eligentium no-

mīna nūnguām publicentur. Secundū;

ex e. Quia proper cit. præscripto colla-

tione habita eligendus est is, in quem o-

mīnes vel major & senior pars capituli

consensit; ac proinde electioni præmit-

tenda est collatio non solius numeri ad

numerū, sed zeli quoque ad zelum; ut

conset non solū, in quē pars major,

sed etiā senior, hoc est, prudētiores,

digniores, antiquiores & c. Atū sive in-

tentioñis sinceritate prætantiores vota

sua direxerint, e. in Genesij 55, quæ col-

latio nominum eligentium publicatio-

nem expōscit contra decretum Tridenti-

ni, illorum publicationem non permits-

tensit, & electionem aliter factam irri-

tans cap. 6. cit. Tertiū, c. cit. eligendi po-

stas ab iis, quibus competit, Comitti

permittitur aliquibus viris idoneis, qui

vīce omnīum Ecclesiā viduata provideant

de pastore, & quali per Inspirationem fa-

ctā electio recipiunt: quibus & posterio-

ri præsertim fītūa eligentium personæ,

contra cap. 6. cit. palam innotescunt, &

vota secreta non sunt. Quare e. Quia cit.

dispositionem à Concilio Trident. cap. 6.

cit. quod prælatorū Regulariū tempora-

liū electiones abrogata, existimant Fagnan.

in c. cit. & n. 20. & non obscurè Donatus

Tom. 2. Prax. Regular. tral. i. q. 5. su-

amque hanc Opiniōnem firmant ē ra-

tione; quod, cū c. cit. præscripta &

& n. 106. declarata forma, ob solennitat-

um eam constituentium nimiam multitudinem,

observatū difficultimā sit, Regulariū

electiones ab ea eximi penē nece-

sariū fuerit, ad evitanda incommoda,

quæ ex tot solennitatū alicuius defen-

ta orta, per frequentes electionum nul-

*litates, monasteriis & Ecclesiis Regulari-
bus damnosas afferre solent.*

Verū, quia ab hujusmodi huma-

217.

nīs actibus omnia incommoda removeri

possunt: & magis expedīt, ut elec-

tiones justē, quām ut sine omni incom-

modo celebrentur, hac ratione & terge-

minā illa comparatione nihil moti D.D.

non patci apud Tambutin. Tom. 1. de

Jure Abbatis. disp. 5. q. 6. n. 10. & Passerini.

de Eleſt. cap. 17. n. 5. formam, ab Inno-

centio III. in Concilio Lateranensi, re-

latō e. Quia proper cit. præscriptam, à

PP. Tridentinis cap. 6. cit. quod Præ-

latorum Regularium, etiam temporalium,

electiones non abrogatam, & Tri-

dentini decreto salvō observati hodie

quoque posse, defendunt; quod decretum

hoc nihil vēter, quod Innocentius expo-

xit: & quod hic vetat, illud non exposcat;

cūm Conciliaris decreti cum Innocentii

Constitutione repugnantia non rectē de-

fumatus

Prīmō ex eo ī quod Tridentinum

exigat vota secreta, caveatque ne eligen-

tium nomīna unquam publicentur, par-

tim; quia secreta etiam reputantur vota,

qui sive scripto expresa in schedula, sive

bre prolata recipiuntur à scrutatoribus,

ad ea non publicanda, sed sub secreto re-

tinenda obligatis: ut, à S. Congreg. Card.

Trident. Interp. plures declaratum,

ostendunt Garciasp. 5. de Benef. cap. 4. &

n. 189. Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 2.

cap. 5. n. 18. & Tamburin. cit. q. 6. n. 10.

partim vēd; quia eligentium nomina

non publicata etiam intelliguntur, quan-

do à scrutatoribus, quibus innotuerunt,

servantur sub secreto & nemini manife-

stantur: quod fieri potest observatā for-

mā e. Quia proper cit. cūm hoc textū

votorum duntaxat, non etiā nominū

sive personarū vota conferentium, pu-

blicationem in communi faciendam, præ-

scribatur

Qq 2

scribatur, *cit. Suarez n. 11.* & in praxi etiam personarum illarum nomina non publicari, liqueat ex formula Electionis, relata à Zerola *Prax. Episc. p. 2. V. Elecțio ad finem.*

Secundò ex eo; quod c. *Quia proper cit.*

Papa exposcat, ut in eligendum consenserit major *Sanior pars capituli*, spectata falso saltem c. *cit. praxi*: quia pars major etiam sanior esse præsumitur, & eligentium zeli ad zelum collatio propter plurima incommoda inde orta in electionibus Regularium non adhibetur: exque per fabas, lupinos aut schedules, clauso eligentis, eligenda tantum personae nomina palia exhibentes, fieri conveuerunt. Quod si apicibus Juris inhærendo, an vota etiam saniora sint, attendendum & eligentium zeli ad zelum collatione investigandum sit, formæ c. *Quia proper cit. prodiit* procul dubio derogatum est cap. 6. *cit. laudati Suarez n. 23.* Tamburin. n. 24. & Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 397. in fine.*

Tertiò ex eo; quod Tridentinum, vota secreta exposcendo, excludat electionem per viam Compromissi; cum votis secretis etiam in isto locus sit, & eligentium nomina publicari non neceſſe, Fagnani c. *Quia proper cit. n. 25.* Quin etiam, si ita quoque publicanda essent, Compromissi tamen & vere aut quasi Inspirationis vias à Tridentino non sublatas, sed in suo robore reliatas, sustinent Rodriguez Tom. 2. *Regular. q. 52. art. 9. cit.* Laiman de Elect. Prelatorum q. 182. Tamburin. n. 9. & Pirrhing n. 347. §. *Circa*, partim; quia cap. 6. *cit. sermo esse videtur de sola elecțio e per viam Scrutinii: partim vero; quia Inspirationis vera, cum à Deo sit, humana lege tolli nequit; cum qua spiritu DEI aguntur, sub lege non sint, can. fin. 19. q. 2. &c. Licet 18. post pr. de Regular. In quasi Inspiratione autem, eti legi & examini Ecclesiastico subjecta sit, personarum tamen*

per eam eligentium manifestatio, propter unanimem omnium in eundem confirantum consensum, secum non trahat incommoda, ad que excludenda secreta vota in Scrutinio desiderantur cap. 6. *cit.* ut adeo decretum hoc ad c. *Quia cit.* potius trahendū, quā istius correctio inducenda sit. Neque oblati; quod contra Synodale decretum facta elections indicatim irritatae sint cap. 6. *cit.* quia si non necessariam, imò inutilē Juris correctionem evitandam cap. *cit.* dispositio ad communī usū tritam electionis formam sive Scrutinii viam restringat nec porrígenda est ad veram vel quasi inspirationem; quod hæc eligendi via usus rarissimi & non obnoxia sit incommoda, quibus decretū illō S. Synodus occurrat.

Ex duabus his Opinionibus trahendum aliquid, utrique, & dicendum est. *Quia proper cit.* propositam formam Tridentino cap. 6. *cit.* non abrogatam; illam derogatum imprimis; quod cap. *cit.* caveatur, ne unquam publicentur nomina eligentium: quorum publicatione c. *Quia proper cit.* non solū non inhibita: sed tenore saltem & verbis, ut somnia acceptis, omnino necessaria fuit; quod c. *cit.* disertè exiguntur vota saniora: & an saniora sint, absque collatione zeli ad zelum eligentium, & hec sine ipsa minimum seu personarum eligentium publicatione intelligi non possit. Accedit quod, si à Concilio Tridentino c. *Quia proper cit.* prodiit forma non derogatum, & eligentium nomina ante publicanda non sufficiunt, quod votorum sit eligentium publicationem nullum habere discriben foret inter elections Abstinentiam temporalium & perpetuorum, & oporum etiam secularium prælatorum; si proinde Synodale illud decretum ad elections solū temporales perpetuā relatifū etiū ejusque præcipua pars superveniat ea. *aut.*

220. *sq. aut c. Quia propter cit. merè declaratoria fuisse. Deinde; quòd cap. 6. cit. vota secreta exposcente, verisimiliter excludatur e. Quia propter cit. approbata electio per viam quasi Inspirationis; cùm in ista eligentium vota palam innotescant: & propterea S. Congreg. Cardini. Interpp. irritam declararunt electionem Provincialium PP. Carmelitarum, unanimi consensu unáque voce acclamati ab electib: eique electione, per se- certa vota celebrata, alius fuerit suffectus, apud cit. Tamburin. de Jure Abbatis. disp. 28. q. 4. n. 7.*
221. *Duo tamen hoc loco probè notan- da sunt. Primum est, casu quòd in Reli- gione aliqua Prælatos aliósque superio- res eligendi certa forma specialibus & à fide Apostolica approbatis constitutio- nibus vel privilegiò introducta, vel per- petua & immemoriali consuetudine re- cepta eset, eam scriptò e. Quia propter cit. Jure non obstante retineri posse, ut in e. cit. notat Laiman n. 12. Alterum, in Prælatorum aliorūque superiorum Regularium electionibus apices Juris non semper ita scrupulosè attendi, easque si- ne difficultate confirmari: dummodo con- stet, servata substantialia ejusmodi electionis, præsertim si ea per capitula- tum suffragii jus habentis secreta & ma- jora vota celebrata sint, præmissumque juramentum: quòd electores singuli fidem fecerint, se illum, quem secundum Deum & conscientiam suam probiorem & magis idoneum judicarint, electuros juxta praeceptum Concilii Basileensis Sess. 23. & 38. decretò de Elect. & decreta Cle- mentis VIII. 25. Julii 1599. edita & Urbani VIII. iussu à S. Congreg. innovatà 21. Septemb. 1624. apud cit. Tam- burin. q. 6. n. 3.*
- Dubium tertio est, an per Scrutinii viam celebrata electio Prælati Regularis*
222. *q. 6. n. 3. quavis, quando, & quomodo cumque fa- ña eligentium manifestatione irrita red- datur. Ratio dubitandi est; quòd, si quavis hujusmodi manifestatione elec- tionis nullitas induceretur, imprimis in cuiusvis electoris potestate foret, eum, in quem suffragium collaturus est, palam nominandò vel schedam, in qua illius nomen descriptum est, alteri legen- dam exhibendò, annullare electionem per- sona, quæ ipsi displacebet: quod cæ- ris capitularibus & ipsi monasterio præ- judiciorum & exemplò permisum fo- ret. Deinde, electio jam perfecta irrita reddi posset malitiā cuiusvis scrutatoris, post illam jam celebratam vota sive eli- gentium nomina publicantis. Et de- dum, suffragiū in certam personam con- ferendi jus, contra e. Quia propter cit. §. Illud quoque &c. Si quā justo 46. S. Por- ro in 6. ademptum eset absentibus, quā minus electioni ipsi interfint, legitimè impeditis; quod de suffragio in certam personam suo nomine conferendò specia- le mandatum dare procuratoribus neque- ant sine sua & ejus, in quam suffragium conferri volunt, persona manifestacione.*
- Ratione huic deferendum, statuen- 223. dumque est, non quavis eligentium pu- blicatione Prælati Regularis etiam tem- poralis electionem irritari; cùm ea ir- rita non reddatur Primò, constitutio- ne procuratoris ad eligendum cum man- dato generali: etiam si huic verbis aut a- liter extra mandatum injungeretur, ut electoris absenti nomine suffragium in certam personam conferat: dummodo in hanc suffragium absenti nomine se- creto conferatur; cùm talis suffragatio satis secreta sit, fere sicut juxta dicta se- creta est, in qua elector præsens perso- nam eligendam scrutatoribus manifestat, Garcias p. 5. de Beneficiis cap. 4. n. 201. Secundò, eligentium nominibus, contra*

Q q 3

secreti

secreti obligationem à scrutatoribus vel
ipsis eligentibus temerè propalatis, post
electionem legitimè celebratam & con-
summatam ; quia electionis valor pen-
dere nequit ab eventu futuro : & perfe-
cta non vitatur : etiam si veniat ad ca-
sum, in quo incipere aut perfici non po-
test, Joan. Monach. in c. Quorundam 2.4.
in 6. Suarez cit. cap. 5. n. 11. Tertio,
factò Capitularis, ante electionem seu
scrutinium palam nominantis personam,
in quam suffragium conferre decrevit ;
quia ex hoc electio non definit esse se-
creta ; cum hujusmodi nominatione non
obstante suffragium in alium valeat con-
ferre , cit. Garcias n. 196. & Barbosa
in Trident. cap. 6. cit. n. 14. Quartò,
neque etiam , si elector per errorem, im-
prudentiam , vel malitiam ante electionem
capitularium alicui ostendat in scheda de-
scriptum nomen ejus , in quem suffra-
gium est directurus : si id nullà capituli
culpà faciat in fraudem , ad certa per-
sonæ electionem annullandam ; cum
fraus sua & dolus ipsi non debeat patro-
cinari , c. Sedes 15. c. Ex tenore 16. de
Rescript. Ep. Nec ex dolo 12. ff. de Dolo.
Quintò , neque etiam factò alicuius capi-
tularis , votum suum palam dantis : si
capitulum contradicat, eoque votò reje-
ctò aliud secretum dare jubeat ; quod ita
electio adhuc secreta foret : vel , si ca-
pitulum votum suum temerè publican-
tem tanquam indignum suffragandi jure
pro ea vice , interveniente tamen Au-
thoritate Ordinarii , privet , cit. Gar-
cias n. 195.

224. Quare Prælatorum Regularium
temporalium electiones, ob votorum five
nominum ipsorum eligentium publica-
tionem , ex Synodali decreto cap. 6. cit.
irritæ tunc potissimum sunt, quando ca-
pitulares , eorumve major pars , aut e-
tiam unus ceteris consentientibus vel

permittentibus , votum suum palam es-
hibet in schedula descriptum vel ore pro-
fert : vel , quando nomina pluriorum vel
unius eligentium à scrutatoribus aut illi-
rum uno vel alio quoquiam, Scrutinium
violante, in ipso electionis actu & ante-
stius consummationem publicarentur
vel eligentium etiam unus duntaxat votum
suum in scheda descriptum uni vel
pluribus in ipsa vel etiam ante electionem
ostenderet , eaque ostensione certa per-
sonæ electio promoveri vel impediti posse
judicaretur. Imò etiam , si post elec-
tionem factam eligentium nomina in
Bullis confirmatoriis seu patentibus co-
primerentur : quod à S. Congreg. Cath.
Interpp. declaratum, testis est Caffellino
Tratt. de Elect. cap. 4. n. 61. Ita fer-
mit. Suarez n. 11. Garcias à n. 116. &
Barbosa à n. 4.

ARTICULUS XIV.

De Electione Abbatil- farum aliarūmque Monial- bus præficiendarum.

S U M M A R I U M.

- 225. Ha per vota secretas, fore tali clausuram recepta;
- 226. Preside Episcopo aliis superiori;
- 227. A monialibus religionem facili professa eliguntur.
- 228. Votum in earum electione non re-
petit Presidi vel scrutatoribus;
- 229. In quos tamen compromitti à mo-
nialibus :
- 230. Non etiam extranea persona u
suffragium admitti potest;
- 231. In Abbatissam eligi nequit Ordini
diversi;
- 232. Etatis 40. vel 30. Professio-

- verd 8. vel saltem istius 5. annum non egressa,
 233. Illegitimi nata vel corrupta, etiam vidua,
 234. Viteque & fame non bona monialis.
 235. Abbatissæ viâ scrutinii in concordia, majoris partis:
 236. In discordia, duarum partium suffragie,
 237. Etiam per Accessum obtentis, eleæta conformanda est, contradictione non obstante.
 238. Accusari tamen vel denuntiari jam confirmata permittitur.
 239. In eadem discordia eleæta administratio sola permititur, si major:
 240. Non etiam, si minor,
 241. Vel media tantum pars Capituli: in eam consensit.
 242. Ut tali casu opus sit novò Scrutinio vel Compromisso:
 243. Nisi accessus ad pariem minorem speciali juri permittatur.
 244. Viâ Compromissi electa, non obstante contradictione confirmatur, si minor:
 245. Non etiam, si major Capituli pars contradicat.
 246. Eò fere modo, quò Monialium, etiam Canonistarum secularium Prepositæ eliguntur.
225. **I** Starum quoque Electiones per vota secreta celebrandas, & singularium eligentium nomina nunquam publicanda, S. Synodus Tridentina decrevit Seff. 25. cap. 6. de Reformat. §. precedente ex parte declarato: cui cap. 7. additum est, ut *Is*, qui electioni praest, Episcopus vel alius superior, claustra monialium non ingrediatur, sed ante cancellorum seneschellas vota singula-
- rum audiat vel accipiat. Quod, licet ordinariè, duobus testibus adhibitis, ita observandum sit, casu tamen, quod prudenter judicatur ob inquietudinem monialium & suspicionem subornationis votorum inter ipsas subortam aliisque justæ causas ad canonican & concordem electionem obtinendam necessarium esse; ut vota intra ipsum monasterii claustrum recipiantur, ii, qui illa recepturi sunt, monasteria ingredi possunt vigore Moris proprii Gregorii XIII. qui incipit, ubi gratia, editi idib. Jan. 1575. Navarrus in can. Statuimur 19. q. 3. n. 59. Rodriguez Tom. 1. Regular. q. 46. art. 5. Sanchez Lib. 6. Moral. cap. 16. n. 50. & Barbosa de Offic. Episc. alleg. 102. n. 46. Ubi
- Dubium est primò de præside electionis Abbatissæ vel alterius monialium præpositæ. Quem, licet Episcopum, si monasterium ipsi subiectum: vel, si hoc ab eius jurisdictione exemptum sit, alium superiore esse, S. Synodus Tridentina innuat cap. 7. cit. ex Confirmitatione tamen Gregorii XV, qua incipit, *In scrutabilitate, edita Non. Febr. 1622. Episcopus per se vel delegatum interesse & præsidere, si velit, potest quarumcumque Abbatissarum & similium Præpositarum etiam exemptarum electionibus, sine ulla tamen ipsorum monasteriorum impeala: &c., quin per hoc Abbatissas &c. exemptas confirmandi jus ipsi acquiratur, ut à S. Congreg. Card. Concilii Interpp. declaratu, perhibet Barbosa cit. n. 46. in fine.*
- Dubium secundò est, quibus monialibus suffragii jus competit in Abbatissæ electione. Quia in re modernum Jus divertit ab antiquo; quantumvis enim istò in hujusmodi electione vox iis duntaxat monialibus adempta sit, quæ duodecimum annum non compleverunt & pro-

& professionem neque expresse neque tacite ediderunt, c. *Indemnitatis* 43. pr. in 6. moderno tamen Jure eo ipso; quod ante decimum sextum aetatis & integrum probationis annum completum emissa professo irrita, omnique effectu destituta sit, ex decreto Concilii Trident. *Seff. cit. cap. 15. de Regular.* ante annos illos exactos & editam professionem suffragii in electione ferendi capax non est ulla monialis, ut in c. cit. notat Laiman n. 2. & Tamburin, *de Jure Abbatiss. disp. 28. q. 5. n. 2.*

Quin statutorum generalium Franciscanorum, Romæ anno 1512, editorum, vigore moniali in Abbatissæ &c, ante quatuor: & in Priorissæ Ordinis Prædicatorum electione ante duodecim annos à professione exactos in Religione suffragii jus non competere, testantur Portell. *Dub. Regular. V. Abbatiss. §. 3. & Castellin. de Elect. cap. 17. n. 15.* apud cit. Tambur. n. 3. quod ante annos illos completos, quanam ad Abbatissæ vel Priorissæ munus ritè gerendum necessariis dotibus & qualitatibus prædicta, & præ aliis idonea sit, satis intelligere communiter non presumatur.

228. Dubium tertio est, an in Abbatissæ & similis monialium Præposita electione suffragii jus competat illius præfidi aut scrutatoribus. Affirmat id Portell. *V. cit. n. 9.* ductus praxi & exemplis nemnnullorum Episcoporum aliorumque superiorum, suffragantium in electionibus Abbatissarum &c, suæ jurisdictioni subjectarum; quod, cum ejusmodi præfes cum Religioso cœtu, cui de Abbatissæ &c. providendum est, constituant unum corpus morale ad eligendum, æquum sit, ut suffragium ipse quoque ferat. Verum, quia Abbatis & Abbatissæ electio à Jure ipsi Regularium congregationi, quæ à persona eligenda gu-

bernetur, adstruitur, can. *Abbas 2. can. Abbatem 3. & 4. can.* Quam sit s. V. *Defuncto 18. q. 2. c. Cùm dilectus 8. de Confuerud. & c. Indemnitatis* cit. pr. suffragii vero in illa ferendi jus Episcopo vel alteri extraneo nusquam conceditur: imò his Abbatis (eadem fere ratio est Abbatissæ) ordinatio can. *Abbas cit.* dilectè negatur, illam Portelli Opinionem, tanquam à Jure alienam meritò rejicit Barbola in cap. 7. cit. n. 13. uti & in Tamburin. q. 6. n. 6. quorum uterque in hanc rem allegat. Congregat, Cardinalium, Episcopo vel alteri superiori & scrutatoribus suffragium in electionibus Abbatissarum &c. etiam in casu discordia, denegantum, & ex illorum suffragiis celebratas electiones iuritas decernentur, declarations editas s. *Martij 1619. & 21. Maij 1621.* Unde

Dubium oritur quartò, an ergo in Episcopum aliquam superiori, vel in scrutatores communi consensu compromittere nequeant moniales. Ratio dubitandi est; quod, si hoc possint, non appareat ratio, ob quam illi ad ferendum suffragium communi consensu nequeant admitti. Sed Compromissum in illos permisum, planè lique ex c. *Causam 8. & ex c. Indemnitatis* cit. §. *Ceterum: quibus à Tridentino Seff. cit. cap. 6. & 7.* non est derogatum: neque derogandi ratio ultra fuit; quod hujusmodi Compromissum omnium non sit incommodis, qua s. Syndici Patres cit. cap. 6. & 7. relatis determinare intenderunt. Quin casu, quod moniales inter se discordes ad Abbatissæ &c. canonicam electionem non devinirent, Episcopo alive superiori unam, quam magis idoneam judicarit, nominandi potestas hodie quoque firmata est. Congregat. Card. Interpp. 12. Octob. 1592. & 10. Novemb. 1595. apud Piacenum. *Præf.*

- Prax. Episc. p. 2. cap. 3. n. 57. & cit. Tamburin. q. 6. n. 5.
230. Quod, sicut arg. c. Causam cit. & c. Scriptum 40. de Canonis capitularibus supra a. 41. dictum est, in Abbatissim sibi præficienda electione personæ extraneæ ad suffragium admitti communis consensu valeant à monialibus, res Jure explorata non est: neque pro tali admissione allegari consuetudo valet, postquam Episcopi alteriusve superioris vel scrutatorum votis accedentibus celebratas electiones irritas. S. Congregatio n. 228. allegata declaravit, argumento non obscurò, extranearum personarum ad Abbatissarum aliarumve Præpositarum monialibus electiones admissionem Ecclesiæ judiciorum non probari.
231. Dubium quidam est, de personæ in Abbatissam, Priorissam Conventualē &c. eligendæ qualitatibus. Et imprimis quidam eam ex illo; cui præficienda est, vel ex alio ejusdem, non diversi Ordinis monasterio eligendam, desumitur ex Clement. I. bto: quam Constitutionem, eti loquatur de Abbatibus, de Abbatissim quoque exaudiendam esse, cum Glofia V. Homines notat Panormit. n. i. quod de his etiam procedat ratio; Ne homines dispari habitus vel professionis in iudeum monasteriorum socientur: & ubi eadem ratio est, masculinò comprehendatur femininum, l. Si quis id 7. pr. ff. de Jurisdict. Panormit. in c. De monialibus 33. de Senti. excom. n. 2. & Laiman de Eleff. Prælat. q. 229. pr.
232. Deinde, etas in Abbatissam semper major, quam in Abbatibus aliquaque Religiorum virorum Superioribus: non eadem tamen semper desiderabatur; licet enim in his vigesimā quintā major non præscribatur, c. Cām in cunctis 7. S. Inferiora & Trident. Seff 24. cap. 124. Nemo igitur de Ref. in illis tamen, sive
- Abbatissim hisque similibus monialium præpositis, can. Juvenculas 20. q. 1. ut lexaginta annis minores non sint: postea vero, ut trigesima annos exegerint, & Religionem expressè sint professa, exigebatur, c. Indemnitatis cit. pr. Novissimō autem Jure S. Synodi Trident. cap. 7. cit. desideratur, ut etatis quadraginta expleverint, & post expressam professionem octo annis laudabiliter vixerint in monasterio. Quodsi hac etate prædicta in eo non reperiatur, quæ eam expleverit, ex alio ejusdem Ordinis monasterio, eligi permittitur. Si vero hoc superiori, qui electioni præest, non expedire videatur, tum denum eis eligere licet aliquam, quæ etatis compleverit trigesimum, & quintō anno ab emissâ professione laudabiliter vixerit in monasterio. Si priorissa non Conventionalis, sed Claustralibz duntaxat & in monasterio Abbatissæ subjecta sit, trigesimā etatis & professionis quintō anno minor eligi ullo Jure non prohibetur, arg. à contrario ducto ex pr. cit. verbis, ubi per priorissam monasterium gubernatur, Glofia in pr. cit. V. Gubernatur, Miranda Tract. de Monialibus q. 7. art. 2. concl. 2. & Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 6. n. 8. adverens, novissimō Jure requiritos etatis quadraginta & professionis octo annos non pertinere ad substantiā electionis: quam proinde, si de minoris etatis & recentioris professionis persona celebrata sit, licet irritari queat, ipsò tamen Jure irritam esse, inficiatur; quod etas ista à S. Synodo præscripta fit simpliciter & sine decreto seu clausula irritante.
- Præterea in moniale in Abbatissam 233. eligenda exigitur, ut sit legitimè nata, per tradenda ad Tit. 17. n. 16. & Virgo. can. Juvenculas cit. ut corrupta, etiam vidua, ad Abbatiam aliām monialium præposituram eligi nequeat sine sedis

R r

sedis

sedis Apostolice authoritate , Felinus in
c. Meminimus 13 de Accusat. n. 4. Imo-
la in c. fin. §. Statuimus de statu Monach.
n. 16. & Zabarella ibid. q. 11. n. 5. Ra-
tio est partim ; quod indecent si , ut
qua Virgo non est , Virginibus prasit ,
hásque ad custodiam Virginitatis , quā
ipsa caret , adhortetur . Glossa in Cle-
ment. cit. V. Rationabilis , Tufchus Pra-
dict. V. Abbatissa concl. 26. & Miranda
cit. q. 7. art. 6. partim verò ; quod ea
dispensatione relaxetur Jus commune : in
quo dispensare Episcopus non potest ,
Archidiacus in can. Acutius 2. dif. 2d.
n. 3. Nisi monialis corrupti sit occulta;
talis enim electionem ad infamiaē
evitacionem permitti , Laiman q. cit. res. 3.
cum eaque ab Episcopo aliōve elec-
tione praefide , jurisdictionē quasi-Epis-
copalem obtinente , dispensari posse , veri-
similiter exiflimat Suarez cit. lib. 2. cap.
6. n. 16. hac in re Consuetudinem prae-
cipue spectandam monens , eumque se-
cutor Pirthing ad hanc Rubr. n. 407.

234. Demum , in Abbatissam eligenda el-
se debet bona vita ac fama , cum ; quia
à Tridentino exiguntur , ut octo vel sal-
tem quinque annis laudabiliter vixerit in
Religione , cap. 7. cit. tum verò ; quia
Abbatiae & similes monialium præposi-
tura numerantur inter dignitates ac præ-
latories Ecclesiasticas , c. Indemnitibus
cit. §. Sane , V. Verum & I. Generali 13. C.
de SS. Eccles. Panormit. in c. Quia pro-
pter 42. n. 8. & Felin. in c. Meminimus
cit. n. 5. à quibus tam Facti quam Juris
infamia notatae personae arcentur . can. fin.
can. Infames 6. q. 1. & Reg. Infamibus
87. in 6. Navarrus Comment. 2. de Re-
gular. n. 6. Sanchez Lib. 5. Moral. cap.
5. n. 24. & Barbola Jur. Eccles. Lib. 1.
cap. 45. n. 23.

235. Dubium sextò est , quō votorum
numerō eligenda sit Abbatissa ; quantum-

vis enim hanc , si viā scrutinii proceda-
tur , duarum tertiarum partium suffi-
ciens eligendam , ex c. Indemnitibus in
§. Sane Interpp. ac DD. frequentiori cal-
culō desumant : ego tamen cum nonnullis
aliis interesse existimo , an illius elec-
tio concors vel discors sit : & , cum ei
est conores , suffragia dimidia parte ma-
jora sufficiere ; ut , si moniales electrici
sint octodecim , earumque decē in Berthā
octo in Caiam suffragia sua contulerint ,
& Berthā electioni nulla se opponat , et
Canonicē electa censerit : & , si pramis-
sō examine electionem , debitā formā
servatā & de persona idonea celebratā
apparet , confirmari possit , ut per Reg.
c. Quia propter 42. cum Navarro Con-
sil. 5. de Elec. n. 1. docent Rodriguez
Tom. 1. Regular. q. 55. art. 4. Miranda
Tratt. cit. q. 10. art. 4. & alii relati
Barbosa in Trident. cap. 7. cit. n. 6. in
eam rem allegans apertam Rotā deci-
nem : cui consonat Constitutio Nicolai
V. quæ incipit Digna , Non. Martij 1463
edita & relata à cit. Tamburin. dif. 3a
q. 1. n. 1.

Neque huic resolutioni adveratur
§. Sane cit. pr. quia istò à Bonifacio VIII.
duæ partes tertiaē solum exiguntur ad el-
ectionem ; ut ab his electa confirmetur ,
appellatione remotā , etiam si contra eam
personam defectus aliqui à minori parte
objiciantur : non , quod majoris partis suffi-
caciis celebrata electio Jure non subsisteret ,
cum si ista non subsisteret Juri & fibet etiam
ipsi §. cit. V. Verum adverteret , ut in
cit. decisione Rota adverbit ,

Quando verò electio discors est ,
laudatus Papa §. Sane cit. varie diffi-
guit : & primo quidem , si in unam vg.
Bertham monialium electricum octode-
cim partes duæ sive duodecim , in Cain
verò sex , aut votis in alias quoque de-
cisivis pauciores consenserint , Bertha
(pramis-

(præmisso examine de processu electio-
nis & electæ idoneitate) partis minoris
contradicione, exceptione, vel appellati-
one non obstante, confirmanda, eique, si
Abbatissa sit, benedictio impendenda est.
Ratio decisionis est; quod licet, applica-
tione ad Papam interposita & penden-
te, ad electionis confirmationem proce-
di regulariter non possit, c. Si postquam
33. in 6. numerus tamen eligentium du-
plo major multo sanior esse præsumatur,
quam ei contraria pars tertia, c. Si quan-
do g. in 6. & hac præsumptio ex eo;
quod examine ex officio præmisso elec-
tionem canonica fuisse appareat, ita
augatur; ut tertiae partis contradic-
tio, exceptio, aut applicatio confirmationem
ac benedictionem non debat impedire;
ne monasteria, monialium praesertim ob-
fexis fragilitatem, ex diutina vacatione
facile patiantur detrimentum, Domini-
nic. & Vivianus in §. Sane cit. & Pir-
rhing ad hanc Rubr. n. 410. cum Glossa
excipiens objectionem nullitatis unius vel
alterius suffragii, provenientis ex defec-
tu vg. professionis in eligente; talem
enim exceptionem istiusque probationem
admittendam, rectè ait; quod, eā proba-
tā, non remaneant due partes suffragiorum
& cessaat præsumptio, quæ illius fe-
solutionis est fundamentum.

237. Secundò, si publicatō scrutinio in
unam vg. Bertham non duarum, sed
majoris duntaxat: in aliam verò vg.
Ciam minoris partis suffragia collata,
aut hæc divisa & in plures sparsa esse ap-
pareat, moniales, quæ in Ciam vel in
aliam convenerunt (in continenti tamen
& antequam ad extraneos actus diver-
tant) suffragium suum mutare & illis,
que in Bertham consenserunt, accedere:
Et, si per accessum duarum partium con-
fensus obtineatur, ista perinde ac si duarum
partium suffragiis ab initio electa fuisset (præmisso tamen diligenti ex-
-)

mine: ut dictum) confirmari, & si Ab-
batissa sit, benedici potest, contradic-
tione, exceptione & applicatione reli-
quarum, in eam non consentientium, non
obstante, §. Sane cit. V. Si autem, Ra-
tio accessus tali casu permitti est; quod
variatione facta per recessum ab ea, quæ
à minori, & accessum ad eam, quæ à ma-
jori parte electa fuit, nemini injuria
fit, & monasterio de Abbatissa citius
provideatur: ad quod faciliter obtainen-
dum Papa in Abbatissarum electionibus
per viam scrutinii folius numeri ad nu-
merum: non etiam zeli ad zelum & me-
rit ad meritum collationem faciendam,
statuit §. cit. V. Ut autem, ubi Vivianus
§. Nec ibi & Laiman n. 9.

Quantumvis autem duobus his ca- 238.
fibus ad electæ confirmationem benedi-
ctionemque & ipsam in possessionem in-
ductionem, contradictione, exceptione
& applicatione non obstantibus, proce-
dat: utrōque tamen monialibus, quæ
non quidem contra electionis formam,
sed solummodo contra personam elec-
tam, ad hanc etiam post confirmationem
ac benedictionem removendam, ali-
quid per accusationis vel denuntiationis
viam opponere voluerint, id permittit
ur, §. Sane cit. V. Verūm; ut, si vi-
tiō vel defectū probatō persona indigna
apparet, ejus ab Abbatia remotione
monasterio & ipsis monialibus confula-
tur, Glossa in §. cit. V. Facultas & ibi
Fagnanus n. 2, in fine.

Tertiis si, publicatō scrutinio, ad 239.
eandem Bertham à majori parte electam
aliarum monialium nulla, vel aliquæ sed
non eō numerō accesserint, ut cum iis,
quæ in Bertham ab initio consenserunt,
constituant duas partes capituli, ejusque
electioni aliquæ se opponant, super iis
quæ Berthæ objiciuntur, & super elec-
tionis forma atque idoneitate electæ su-
perior ex officio plenè (de plano tamen
& sine

- & sine figura iudicij) inquirere debet, antequam electionem confirmaret vel reprobaret. Interim tamen electæ contra Regulam c. Nostri 9. c. Qualiter 17. hic & c. Avaritia 5. in 6. electos neendum confirmatos ab administratione removentem) in spiritualibus & temporalibus administratione permittenda est: excepta tamen alienatione & alicuius monialis receptione, §. Sanè cit. V. Si vero; ne monasterium in illis patiarum detrimentum, Vivianus in §. cit. V. Ipsa tamen & Tholos. de Elec. cap. 19. n. 5.
240. Quartò, si aliqua vg. Bertha non à majori, sed minori parte capituli electa sit, ex hujusmodi electione nullum jus acquirit adeo; ut neque ipsa confirmari, benedici, aut admitti ad administrationem: neque à monialibus, quantum vota divisa & in alias sparsa sunt, variatio & ad ipsam Bertham accessus fieri queat, §. cit. V. Si qua verò; quòd, cum talis electio ab initio irrita fuerit, juxta Reg. c. Quia propter cit. per supervenientem aliarum monialium ad eam accessum convalescere non possit, Glossa in §. cit. V. A minore & Vivianus in V. cit.
241. Quintò, eò etiam casu, quòd suffragia pari numerò collata sunt in duas, vg. in Bertham & Caiam, harum neutri ex electione ullum jus acquiritur; ut neque earum alicui impendi confirmationi benedictiōque, aut administratio concedi possit: neque ceteris monialibus varia-tio & ad earum alteram accessus permis-sus sit, Glossa V. A minore cit. Vivianus ibidem §. Nec alie & Laiman de Elec. q. 233. resp. 3. Ratio est; quòd, ne §. Sanè cit. non omnes casus comprehensi & decisio imperfecta dicatur, casus quòd vota æquali numerò divisa in duas sunt, comprehensus intelligatur sub eo, quòd vota ita divisa sunt; ut monialium nul-
- la à majori: sed ea etiam, in quam suffragia plura quām in aliā aliquam collata sunt, à minori parte respectu totius capituli electa sit; cùm enim, sicut per minora, sic etiam per æqualia vota celebrata electio non Canonica, sed imitata sit c. Quia propter cit. ex ea nullum quis queri potuit electa; cùm, quod nullum, nullum habeat effectum, c. Illud 1. de Jure patronat. & l. Si se non obviat. §. 6. ff. de Re judic. neque etiam ceteris monialibus ad electarum alteram concordia potuit accessus; quòd iste §. Sanè cit. nullum permittritt ad perficiendam seu corroborandam electionem, alias jure validam sicut est, quæ majoris partis suffragia sunt celebrata, cit. Pirrhing n. 4; 3.
- Quare hoc & præcedente casu inchoandum est novum Scrutinium: vel communi omnium confundit devenit ad Compromissum: vel, si quod concors & Canonica electio nequa obtineri, ab Episcopo aliōe superiori una, quam magis idoneam judicata, in Abbatiam nominanda, ut supra 229. est dictum.
- Quodsi alicuius Religionis Constitutionibus vel confuetudine introductum sit; ut, Scrutinio jam publicato, ad duas partes tertias vel majorem numerum suffragiorum complendum, moniales variare & à media parte vel numero respectu totius capituli minori, respectu aliorum autem partium majori, electa palam accedere possint, id omnino observati imo monialis, à media vel minori parte electa, ad corroborandam ac perficiendam sua personæ electionem iis, quorum suffragiis electa est, accedere & si quodammodo coeligere valebit, ut arg. c. Cùm in jure 33. tradunt cit. Laiman q. 88. resp. 3. in fine Pirrhing n. 413. fine & Tamburin. q. 9. n. 4.

Dubium septimò est, quid juris, si
244. Abbatissæ vel alteri ejusmodi Præpositæ,
per Compromissi viam electæ, moniales
aliquæ se opponant. Eò casu c. *Indemnitaribus* 245.

Caterum prodisse est distinc^{tio}; vel enim monialium compromittentium minor, vel major pars se opponit? Si minor, electa à superiori, præviò tamen diligenter examine de servata electionis forma & ipsius electæ idoneitate, confirmanda: eique, si Abbatissæ sit, impendenda benedictio est; contradicione & appellatione non obstante, salvâ tamen opponentibus facultate, illam postea denunciandi vel accusandi. Ratio cur, minore parte aliquid oppонente electæ confirmation & benedictio non impediatur, quando electio Compromissi, non etiam quando ea Scrutinii viâ celebrata fuit, ea est; quod compromittentes ab initio confenserint in eam, quæ à compromissario, si is unicus, vel si plures sint, à majori eorum parte eligeretur, c. *In causis* 10. *Glossa in §. Caterum* cit. *V. Expetare.* Si electæ se opponat pars major, interest, an monialum duas partes, vel infra duas major tamen pars se opponat; cum, si duas partes hoc faciant, electa nec confirmanda nec admittenda sit ad administrationem: sed litis per sententiam terminandæ eventus expectandus sit; quod pro Conventu seu capituli partibus duabus se opponentibus militet præsumptio justæ oppositionis. Si vero se opponat pars major quidem, sed duabus tertii minor, electæ quidem ad cœnanda monasterii detrimenta in spirituilibus & temporalibus administratio (alienatione tamen & monialis receptione exceptis) permititur: confirmatio tamen & benedictio impeditur, donec de illi objectis, idoneitateque & electionis processu cognoscatur, §. cit. ne facile confirmetur, quæ postea ob detectum

personæ vitium sit dejicienda, Vivian. in
§. cit. ubi Laiman n. 13. Et cit. Pirrhing
num. 415.

Cæterum, quæ cit. c. *Indemnitaribus* 246.
cit. haec tenuis declaratō, de Abbatissæ
rum aliarūmque monialium monasteriis
sive religiosis illarum congregationibus
præficiendarum electionibus à Bonifacio
VIII. provide constituta sunt, is obser-
vari etiam præcepit in electionibus Præ-
positarum mulieribus Religionem, à sede
Apostolica approbatam non professis, ut
in Germania nostra sunt varia Collegia
feminarum fere nobilium, seu Canonis-
tarum secularium Ecclesiastarum: eò dun-
taxar excepto, quod professio neque in
eligentibus neque in eligendis requiratur,
ut c. cit. §. *Supradicta* habetur.

ARTICULUS XV.

De Electione Religio- forum ad Prælaturas ex- tra Ordinem suum.

S U M M A R I U M.

- 247. Religiosi eligi possunt ad Carbo-
rales quascunque:
- 248. Non etiam ad Regulares diversæ
Ordinis prælaturas:
- 249. Et, si Mendicantes sint, ad inferiores
prælaturas secularis:
- 250. Ad quas non-Mendicantes eligi
non prohibentur.
- 251. Irrita est electio Mendicantis ad
prælaturam extra Ordinem suum facta in discordia.
- 252. Subsistit tamen facta suffragitis
majoris partis:
- 253. Si ante publicationem nemo con-
tradicat.

Rr 3

254. Ad

254. *Ad eisdem non valet electio non-Mendicantis, minorie,*
 255. *Aut dimidia tantum partis suffragii celebrata.*
 256. *Non valet electio Mendicantis ad illas, si contradicat,*
 257. *Et non-Mendicantis, si minoritatem suffragiorum inducat censoratus &c.*
 258. *Dispositio c. Quorundam 24. in 6. non afficit Religiosos, promotos ad Episcopatum vel Cardinalatum.*
 259. *Locum tamen habet in Religiosis ad praelaturam secularis presentatione,*
 260. *Eadem non afficit electiones Mendicantium,*
 261. *Et non-Mendicantium ad praelaturas Ordinis sui;*
 262. *Aut extra hunc ad beneficia Parochialia.*

247. **N**on ad Regularium duntaxat, sed ad secularium quoque, saltem Cathedralium, Ecclesiastrum praelaturas per Electionis viam assumi religiosos, imò & novitios posse, *Clement. 1. &c. Nullus 28. §. fin. in 6.* animarum & Ecclesiarum publico bono statutum est; quòd, cum ex omnibus hominum statibus solus Episcopus sit Perfectionis acquisitus, secundum Dionysium Areopagitam *Hierarch. Eccl. cap. 5. & D. Thomam 2. 2. q. 184. art. 1.* status autem & vita Religiorum ad Perfectionem via & omnium Virtutum schola disciplinaque sit, ipsam professorum tanquam in Perfectionis studio Episcopis proximorum, secundum DD. *cit. ad Episcopalem dignitatem assumptio ab Ecclesia specialiter approbata sit, Clement. cit. &c.* Quæ unica causa fuit; cur olim ad Episcopatus assumptorum permulti, & primorum ac sanctissimo-

rum Germaniae nostra Pontificum pli- que, monachi aut sub monachorum di- sciplina ad Pastoralem illam dignitate formati fuerint & instituti,

Hinc tamen non rectè infertur, Re- ligiosum unius ad alterius & diversi Ordinis prælaturam eligi posse; cùm, ne ille cætero fiat, cautum sit *Clement. cit. p.* cuius dispositione etiam moniales offici & has quoque ad sui duntaxat, non al- terius Ordinis sive diversi & professio- nis monasteriorum Abbatias, Pre- posituras & administrationes eligi possa in *Clement. cit.* cum Glossa *V. Homas* notet Panormit. n. 1. quòd masculini concipiunt sive comprehendent femininum quando una eadēque ratio est utriusque quad electionem autem ad diversi Ordinis prælaturas eadem ratio, que monachorum, etiam monialium fit; con- monachi aliisque viri religiosi ad diversi Ordinis prælaturas eligi prohibiti sunt quòd *Rationi non congruat, ut bonus disparis professionis & habitus simul in eadem monasterio socienur:* quæ ratio n- quæ in feminis, quam in viris Regularibus procedit. Quare religiosus ad diversi Ordinis prælaturas per solam Postula- tionis, ab ipso Papa admittenda, van- vocandus erit; quòd in impedimentois iste valeat, & ex justa causa soler- dispensare; cùm enim ejus sola Elec- & hæc non ob crimen aliquod, sed obli- lam habitus ac professionis diversitatem jure Ecclesiastico duntaxat prohibita sit, non est quod impedit eum Postulatio- nem, ut in *Clement. cit.* cum Glossa *V. Eligatur notat Panormit. n. 6. & Picting ad hanc Rubr. n. 37.*

Cur autem, eà ratione non obli- te, Religiosus ad Ecclesiam Cathedralis secularis, imò & Regularis Ordinis di- versi prælaturam eligi permittatur, ratio ut jam est insinuatum, fuit bonum anime- rum &

rum & Ecclesiarum: quod, cum sit publicum, multoque latius quam unius monasterii privata utilitas pateat, Religiosum, cum ad Episcopatus regimen praetaliis idoneus judicatur, ad eum eligibilem reddi, si fum est postulare. Ex his

249. Dubium nascitur primò, an Religiosus ad Prelaturas seculares, Cathedrales inferiores, extra suum Ordinem eligi possit. Non quidem, si alicuius Mendicantium Ordinis sit; cum talis ad inferiores Cathedrales Ecclesias & ad monasteria extra suum Ordinem etiam postulari Edicto perpetuo prohibetur, Extrav. Univ. inter com. de Postulat. Sed, si alicuius non-Mendicantium Ordinis sit professus; hujus enim etiam ad ejusmodi secularem prælaturam electionem Jure vetitam, cum Hostiensi in c. Quod Dei 5. De statu Monach. num. 16. Joan. Andr. ibid. n. 5. & aliis afferunt Suarez Tom 4. de Relig. Lib. 3. cap. 19. n. 17. Laiman in c. Si Religiosus 27. in 6. n. 3. conclus. 3. & Palao Tract. 13. disp. 1. p. 3. §. 1. n. 7. permoti; quod Clement. cit. in fine Religiosorum electiones ad solas Ecclesias Cathedrales approbentur. Unde, à contrario ductò argumento, eorum electiones ad prælaturas ceteras extra Ordinem suum indiscriminatim inhibitus inferunt; quod, beneficia secularia clericis secularibus, & Regularia Regularibus conferenda, Juris Regula generalis sit, c. Cum de beneficio 5. &c. Cum singula 32. de Prab. & dignit. in 6. à qua cum sola Cathedralis beneficia seu dignitates excepta reperiantur, Clem. cit. in Cathedrales inferioribus dignitatibus locum habebit Regula ec. cit. &c. Super eo 9. de Regul.

250. Sed has quoque exceptas, ad easque Ordinis non mendicantium Religiosum eligi posse, cum Glossa in Clem. cit. V. Secularis Imola ibid. n. 4. Dominico in c. Si Religiosus cit. n. 6. Franco ibid. n. 1.

defendunt Sylvester V. Religio 7. q. 4. § 6. Rodriguez Tom. 1. Regular. q. 34. art. 3. Gonzalez in Reg. 8. Gloss. 7. n. 51. & Sanchez Lib. 7. Moral. cap. 29 num. 73. & aperte supponit Bonifacius VIII. c. Quorundam 24. §. Circa in 6. hujusmodi religiosis facultatem adimens, consentiendi electionibus ad Prelaciones quilibet de se factis, nisi factae sint per vota numeris majora, Glossa in c. cit. V. Numerò: quæ §. cit. etiam de prælaturis extra Ordinem suum: imo secundum aliquos de his sermonem esse, notat V. Quaslibet, ut n. 253. statuetur. Unde corrui adversæ partis fundamentum; quia argumento à contrario ducto locus non est, quando eo illati contrarium Jure est expressum, Glossa fin. in c. Significati 18. de Foro compet. & Panormit. in c. A nobis 28. de Sent. ex-com. n. 4.

Dubium & resolutionis oppidū difficultis controversia secundò est, quod votorum numerò ad Prælaturas extra Ordinem suum Religiosus sit eligendus. Quia in re inter Mendicantium & non-Mendicantium Ordinum Religiosos distinctio prodita est c. Quorundam cit. ubi relata Bonifacii VIII. Constitutionis §. Valentines sanctum est, Ut nulli Religioso quorumlibet Mendicantium Ordinum ex electione, postulatione, provisiōne seu vocatio ne ad aliquam extra administrationem Ordinis sui prælaturam in discordia de se facta, jus de cetero acquiratur, ac eorum aliquis electioni &c. quoquā modō valeat consentire: quæ Apostolicae Constitutionis verba Lambertin. Lib. 2. de Jure Patronat p. 1. q. 7. art. 20. n. penult. & cit. Sanchez n. 44. sic exaudiunt, ut in cuiuscunque Mendicantium Ordinis Religiosum ad prælaturam extra Ordinem suum eligendum, postulandum &c. electorum suffragia plene omnia conferri sit necesse: isque ullum jus non acquirat ex electione, &

ne, & in hanc tanquam Jure invalidam consentire, etiam cum superiorum suorum Regularium consenserit, nequeat, si unum duntaxat suffragium in ipsum non sit collatum. Rationem reddunt; quod unius tantum suffragii defectus electio-
nis tollat concordiam, & discordiam in-
ducat.

252. Sed hic relatorum Bonifacianæ Constitutionis verborum intellectus non placet; cùm enim in concordia facta non ea tantum electio censematur, qua electorum votis plenè omnibus in unum conspirantibus est celebrata: sed illa etiam, in quam majoris partis suffragia collata sunt, nemine eorum, qui suffragia sua in alios direxerunt, se opposente vel contradicente, ut cum Glossa in c. llibi periculum 3. V. In singulis in 6. adver-
tunt Laiman in c. In causis 30. n. 4. &
cit. Pirrhing n. 297. hanc concordia ex-
plicationem, latiorem quidem sed fre-
quenti usu receptam, & in dubio sive, cùm unanimis omnium consenserit & concor-
dia plena expressè non exigitur, prefe-
rendam assertent. Cùm, inquam, hæc
ita sint, ex ea præcisè, quod non omnia suffragia in electum collata sint, electio in discordia facta non intelligetur: sed talis erit, quando vel duæ electiones pari vel impari numero publicatae sunt de di-
versis, vel unius electioni, majoris tan-
tum partis suffragiis celebratae, pars mi-
nor, aut salem unus suffragantium se op-
ponit & contradicit; quæ discordis electio-
nis exempla afferunt Glossa in c. Quo-
rundam cit. V. In discordia 1. Laiman ibid.
n. 1. & cit. Pirrhing n. 390, not. 2.

253. Quare verisimilius cujuscunque Mendicantium Ordinis (praterquam Societatis IESU, juxta istius Constitut. p. 9. cap. 3. n. 13. & cap. 4. n. 5.) religiosus, c. cit. relatâ Constitutione non obstante, cum superioris sui licentia conuenientendo

acceptare valet electionem ad prælatum extra Ordinem suum, si se non omnium sed majoris tantum partis suffragiis celebratam, si de capitulo nemo sit, qui electioni contradicat sive opponat; & contra in sui electionem consentire non valebit, quando cum ea alterius electio est publicata, vel si alia publicata non sit, electioni de ipso, etiam per majora vota celebratae, ante vel in publicatione pri-
minor & saltem unus contradicit; & con-
tra ipsius electi vel eligentium personam vel contra electionis formam aliquod op-
ponit. Ratio est; quia Constitutione Be-
nificiana Religiosus Mendicans electio-
ni ad prælatum extra ordinem de se facit
consentire solummodo prohibetur, quod
ea facta est in discordia: in discordia
autem ejus electio facta posteriori foun-
modo, non etiam priori causa intelligi-

Dixi, Ante vel in publicatione, quia
electionem publicatam non vitat con-
tradiccio oppositioque & discordia, super-
veniens publicationi; quod hæc facta
electio sit perfecta: res autem perfici
non virtutur, et si veniat ad casum, à quo
incipere non potuerit, ut Regula inter-
traditur in l. fin. C. de Nuptiis: sicut
contra electio facta in discordia non con-
valefit, quantumvis postea acquiescent
& consentiant, qui ante se oppoluerunt,
ut in c. cit. notant Archidiac. n. 3. loc. cit.
Andr. n. 1. Zabarella q. 4. n. 4. & cit.
Sanchez n. 52. recte excipientes Romani
Pontificis & monialium electiones, qui
ex concordia superveniente convalecent
c. Licit vitanda 6. in Antiquis &c. In
demnitatis 43. §. Sane V. Si autem vel
De Ordinum non + Mendicantium
Religiosis c. Quorundam cit. relatâ Be-
nificiana Constitutionis §. Circa ita-
tum est, Ut nec ipsi electionibus, popula-
tionibus, provisionibus aut vocacionibus
à paree numero minore ad prælatum

- qualibet de se facta (que hoc ipso, quod à minori parte processerint, nullum prorsus tribuant jui eisdem) suum audeant prestatre consensum: etiam super hoc affectus vel licentia suorum intervenerit Prelatorum. Ex quibus verbis, argumento à contrario ducto, cit. Sanchez n. 34, cum Joan. Andr. in o. cit. num. 2, & Franco ibid. n. 2, not. 5, infert, Ordinum non Mendicantium religiosos electionibus, ad quasunque prælaturas seculares de se factis, licet consentire, non soldum, si illæ etiam in discordia majoris: sed etiam, si dimidie tantum partis suffragiis in ipsis collatis sint celebratae. Sed postremum hoc verum non est; quia minor Capituli pars censetur omnis illa, quæ respectu totius numeri capitularium major non est: qualis cum pars eorum dimidia non sit, ea quoque minoris nomine venit; atque idcirco Ordinis non-Mendicantis Religious electioni, de se partis Capituli dimidia suffragis factæ, perinde ut alteri, factæ à parte minori, consensum præstare non valebit, vigore §. Circa cit. ut cum Lambertino cit. art. 20. n. 8, observant Laiman n. 4. §. Sed contraria & Pirthing num. 394. §. Verum. Sed hinc
256. Dubium tertium dicitur, an priori casu in contradicentium, & posteriori in eligentium numero computandi sint capitulares excommunicati, suspensi, eligendi potestate pro ea vice privati & similes. Dubitandis ratio est; quod computandi non sint sponte absentes, qui eligendi potestati renuntiarunt, & qui jus suffragii non habent ob defectum ætatis, vel Ordinis sacri, ut in Clement. Quod circa 6, notant Glossa V. Quæ in facto Imola n. 13, Zabarell. q. 12. n. 9. Cum ergo, sicut isti, sic & excommunicati &c., vocem in electione non habeant, in contradicentium & eligentium numero ad discordia vel minoris partis inductionem computandi etiam hi non erunt.
- Sed excommunicatorum, suspensorum, eligendi potestate pro ea vice privatorum, imò & contemptorum contradictionem aut vota, cum Religiosus Mendicans in electionem ad prælaturam extra suum Ordinem in discordia, & non Mendicans in ejusmodi electionem à minori parte de se factam consentire prohibentur, attendenda, decisum est à Clemente V. c. Quorundam cit. relatam Constitutionem Bonifacianam de discordia & numeri minoritate, que in facto non in electione & iuri effectu consistit, intelligentiam declarant, Clement. Quod circa 6. ut adeo, si excommunicatus, suspensus, eligendi facultate pro ea vice privatus, imò & contemptus Religiosi Mendicantis electioni ad prælaturam extra suum Ordinem contradicat: &, vel contra electi aut eligentium personas, vel contra electionis formam aliquid opponat, ille etiam cum superioris sui Regularis licentia consentire nequeat electioni, tanquam in discordia de se facta: §. Volentes cit. &c., si unius vel plurium censorum, contemptorum &c., suffragia in alium collata vel non requisita sint, & tamen in numero computentur, impediunt, quod minus religiosus non Mendicans electus sit à majori parte, & is, tanquam à minori parte electus, consensum præstare possit, ut in c. Quorundam cit. Archidiaconus n. 6. Dominicus ibid. §. Circa n. 2. in Clem. cit. Glossa V. Quæ in facto Imola n. 13. & cit. Sanchez n. 45. observant. Neque hac in re paritas est cum iis, qui ætatis vel Ordinis sacri defectum habent; quia isti nec de facto nec de Jure vocem unquam habuerunt; atque idcirco Juris fictione voce privati dici non possunt. Neque etiam cum capitularibus sponte absensibus, non vocandis propter distan-

ss. tiam, aut

xiam, aut iis, qui voci renuntiārunt; quia
hi quoque non Juris fictione, sed suā vo-
luntate & factō vocem non habent, *citt.*
Sanchez n. 45. & *Palao p. 3. §. 2. num. 3.*
Unde

Infertur, de se facta electioni ad
prælaturam extra Ordinem suum confen-
tire non posse Titium, alicuius non-Men-
dicantium Ordinis Religiosum. Primo,
si ipse, canonico impedimentō non labo-
rans, à quinque ex duodecim capitulari-
bus electus: à reliquis vero septem Cai-
us canonico impedimentō laborans po-
stulatus sit; et si enim quinque constituant
plus quam tertiam partem, ad electio-
nem, quando ea cum postulatione con-
currit, sufficientem, *c. Scriptum 40.* Ti-
tius tamen electus non est à majori par-
te, religioso non-Mendicanti ad præla-
turam extra suum Ordinem eligendo ne-
cessariā, ex relata Constitutionis Bonifa-
ciana *& Circa.* Secundo, si ipse à quin-
que, & Cajus electus sit à reliquis septem
capitularibus, quorum tres censurati aut
suffragiō pro ea vice aliter privati erant;
quod istorum etiam vota in numero com-
putanda sint, ut religiosus non Mendic-
ans à majori parte electus censeatur; li-
cet alias eorum, tanquam invalidorum,
ulla ratio non habeatur, *c. Congregato 53.*
Tertiō, si ex 12. Capitularibus quinque
certa & absoluta vota contulerint in Ti-
tium, septem alias votis, quorum tamen
tria incerta, alternativa vel conditionata
erant, collatis in Cajum; quod, licet alias
hujusmodi vota non attendantur, *c. In e-
lectionibus 2. in 6.* attendenda tamen &
computanda sint, cum investigatur, an re-
ligiosus non Mendicans à majori vel mi-
norī parte sit electus, *Clem. cit. ubi Glossa*
V. cit. Laimar in c. Quorundam cit. n. 3.
citr. Sanchez n. 45. & *Pirrhing n. 392.*

258. Dubium quartō est, an religiosi Men-
dicantis, in Collegium Cardinalium co-

optati, elec̄tio plus quam dimidiat: vel ad
Episcopatum promoti, ad Archi- vel Epis-
copatum alium postulatio durarum pa-
tium suffragiis in discordia facta subficit;
eas enim non subsistere & ab ejusmodi re-
ligioso Cardinale in electionem de se
in discordia factam consensum praefaci-
de Jure non posse, cum Glossa in *c. cit.*
V. Mendicantium Dominico in §. Voleus
cit. n. 2. docent Rodriguez *Tom. 2. Regul.*
q. 55. art. 2. & *cit.* Sanchez *n. 48.* ei du-
cēti ratione; quod cooptatione & pro-
motione illā non deferit esse Mendicantū
Ordinis Religiosus; ac proinde de
ipso quoque *§. cit.* generalis, & dictione
Nellua, ejusmodi Religiosos omnes in
discriminatim complectente, propria
dispositio procedat.

Hac tamen ratione nihil motus La-
man *in c. cit. n. 4. q. 3.* eūmque fecunt
Pirrhing *n. 391. not. 5.* ejusmodi Religio-
sum Cardinalem & Episcopum *§. cit. di-*
spositione non affici; ac proinde Cardi-
nalem in sui electionem, per majora in do-
scordia de se factam, tanquam Jure val-
dam consensum praestare non prohiberi
sufficiunt, cūm; quod *c. Quorundam cit.*
terō sermo sit de Religiosis, ad consensum
in sui electionem opus habentibus lice-
tiā & consensu suorum Praelatorum, au-
superiorum, qualis non est Religiosus Es-
picopus vel Cardinalis: tum verò quid
cum Religiosus ipsā in sacrum illud Col-
legium cooptatione vel assumptione ad
Episcopatum ab omnibus oneribus & ob-
ligationibus suae religionis exemptus, &
veclius ad statum sublimiorē & principa-
liorem qualitatem consecutus sit, hac qua-
litate ornatorum & ad statum illum evi-
ctorum jure sit censendus, *arg. c. Statuum*
22. in 6. præsertim cum c. Quorundam
cit. relata Constitutio Bonifaciana, tan-
quam à communibus electionis Regul
exorbitans & actum antiquiori Jure sp-
clarō vi-

statu valitum irritans, atque idcirco odiosa, restraininga potius sit quam extendenda, ut probè advertit *Palao* cit. §. 2. n. 4. Ex qua ratione in contrarium deducta plane evanescunt, &

Infertur, Ordinis etiam non-Mendicantis Religiosum, ad dignitatem Cardinalitiam vel Episcopalem evectum, non affici Constitutione Bonifaciana; ut eò suffragiorum numerò, quō ante, etiam post illam editam, ad Archi-vel Episcoparum eligi valeat vel postulari, ut in e. cit. cum *Gloia V. Prelatorum* observat *Francus* n. 4. *Dominicus* §. *Circa* cit. n. 3. & *Sanchez* n. 48.

259. Dubium quintò est, an Constitutio Bonifaciana observanda etiam sit in præsentatione. Ratio dubitandi est; quod istius non meminerit illius textus. Verum, quia istò expressa mentio fit *Provisio-
nis seu vocationis*, quò nomine præsentationem comprehendit, *Glosa in Clem-*
*fin. V. Provisio-
nis* observat: & lites alia-
que incommoda, ex discordia provisio-
nis nati solita, non minus ex præsentatione in discordia facta, quam ex simili elecione vel postulatione timenda sunt,
constitutione Bonifacii Papæ c. *Quorun-
dam* cit. relatà, etiam præsentationes affici, cum *Francus* in e. cit. n. 4. & *Do-
minico* in §. cit. n. 3. verisimiliter asse-
runt cit. *Lambertin.* & *n. 6. Sanchez* n. 55. & *Laiman* n. 4. q. 5. ut post Constitu-
tionem illam Religiosus Mendicans prælaturam extra Ordinem suum per viam præsentationis in discordia conse-
qui, & in hanc consentire nequeat, si pa-
tronorum minor pars & vel unicus con-
tradicat, & aliquid contra personas aut
formam opponat: & non Mendicans ad
illam præstantus sit suffragis majoris
partis omnium patronorum, quando hi
præsentationem decernunt jure Collegia-
li. Quando autem singulari jure præ-

fentant, Religiosus non-Mendicans in sui præsentationem consentire valet, si ipse à parte majori, quam alii ab aliis patronis, sit præsentatus, ut volunt eitt. *Lambert.* n. 8. & *Sanchez* n. 55. quod, cum postfe-
riori hoc casu præsentationis de Religio-
so non-Mendicante facta justitia noto-
ria sit, litis aut alterius incommodi ul-
lum periculum non sit.

Dubium & ambigua Resolutionis 260.
controversia sextò est, an eadem con-
stitutio servanda sit in electione Re-
ligiosorum ad sui Ordinis prælaturas.
Non quidem Mendicantium; cum talis
Ordinis Religiosis in electiones de se
etiam consentiendi facultas folum adempta
sit, quando ad aliquam extra administratio-
nem sui Ordinis prælatura in discordia
sunt electi, §. *Poletentes* cit. Sed non
Mendicantium; cum enim hujusmodi
Ordinis Religiosis in electiones, à parte
numero minori ad prælationes quaslibet
de se factas, confundum præstundi facultas
adempta sit §. *Circa* cit. ipsos etiam ad
proprii Ordinis prælaturam, de se factæ
ulli electioni à parte numero minori, con-
sentire non posse, cum *Glosa V. Quasi-
libet* sustinet eitt. *Anchoran.* n. 4. *Do-
minic.* n. 2. *Francus* n. 4. *Rodriquez* q. 55.
art. 2. *Sanchez* n. 44. & *Laiman* n. 2.

Huic tamen Opinioni, & §. *Circa* 261.
tit. intellectui, sicut generalitas dictionis
Quaslibet prælationibus adjecta, patroci-
natur: sic aperte adversatur, & dispositio-
nem ad prælationes extraneas coarctat
Bonifacianæ Constitutionis finis & reli-
quus tenor. Finis quidem; quia hic erat;
ne Religiosi, ambitionis vitiò excæcati
suæque professionis immemores, facile re-
spicerent retro & honores, divitias ac de-
litias, quas spreverunt, ambiendo, extra
administrationes proprii Ordinis solitam
prælature concordere molirentur, & cum
animarum atque Ecclesiæ dispendio

Ss 2 litigii

- litigiis involverentur, ut liquet ex pro-
cessu, quod mens & intentio disponentis,
& dispositionis finis declaratur, & in-
tellectus datur legi vel canonii, i. fin. ff. de
Hareb. inst. Tiraquell. de Cessante causa
limit. 1. n. 64. Menoch. Lib. 6. presumpt.
2. à pr. & Gutierrez Lib. 1. Præstic. q. 89.
à n. 3. Tenor reliquus; cum quia eō
sermō est de prælaturis, ad quas electioni
de se factae religiosus consentire nequit
sine prælati vel superioris sui licentia &
consensu: quod ad prælaturas extra, non
intra Ordinem suum, electi religiosi opus
habent, c. Si Religiosu[m] 27. pr. in 6. tum
vero; quia eō cum §. Volentes cit. quod de
electione ad solas prælaturas extraneas
agit, §. Circa cit. connectitur per di-
ctionem Quoque, quā suā naturā præce-
dentiū & similiū repetitiva est, Berou-
jus in c. fin. de Ilſur. n. 21. Tuschus Præ-
dict. V. Dictr. conclus. 337. n. 1. & Barbo-
sa Ilſufreq. dict. 333. à n. 2. Unde §. Cir-
ca cit. Verba Prelationes quaslibet ad ex-
traneas sive extra Ordinem suum referen-
da, non male existimat Palau cit. §. 2. n. 7.
quod de his solis procedat Constitutionis
processu[m] expressa ratio seu causa finalis.
262. Dubium septimō est de parochialibus
& similibus beneficiis curatis; nam
& cum ista per electionis vel præsentatio-
nis, plurium patronorum suffragiis faci-
enda, vias Regularibus conferunt, c.
Quorundam cit. dispositionem obser-
vandam, volunt cit. Anchoran. n. 3. Do-
minic. n. 3. Franc. n. 4. & Lambertin. cit.
art. 20. n. 2. quod Prælatura nomen eti-
am talia beneficia comprehendat. Ve-
rum, quia talia beneficia prælatura pro-
priè non sunt: & c. cit. dispositio, tan-
quam ab antiquioris Juris Regulis exorbi-
tans & odiosa, ultra verborum proprie-
tatem porrigitur non est, parochias &
similia curata beneficia, multoque ma-
gis Canonicatus aliisque beneficia sum-
plicia, c. cit. dispositione comprehendi-
merito negant cit. Sanchez n. 48. & Pa-
lao §. 2. cit. n. 8. quia Prælatura nomi-
ne propriè accepto veniunt sole dignita-
tes seu beneficia, annexam habentia fori
externi jurisdictionem & administratio-
nem: quam parochi hisque similes cura-
ti ex officio & munere suo non habent:
licet habere valeant privilegiū vel præci-
pitione, ut in c. Cum ab Ecclesiast. 3. &
Offic. Ordin. notant Panormit. n. 2. La-
man n. 4. & Barbola n. 1.

ARTICULUS XVI.

De Electionis Accep-
tatione & Electi Pote-
state.

SUMMARIUM.

263. *Electione intra octo dies intimaude*
electo:
264. *Et ab hoc post licentiam superiori,*
265. *Gratiosè obtentum,*
266. *Intra mensem acceptanda est,*
267. *Reculari tamen potest,*
268. *Ab eo, qui est sui juris.*
269. *Electionis acceptatione secundum*
aliquos iur Reale:
270. *Verius Personale tantum acquiri*
tur respectu prælature.
271. *Administratio olim interdita:*
272. *Postea permissa est ultra Italianum*
concorditer electis,
273. *Quæ Jure posteriori revocata non*
est,
274. *Et concordiam eligentium Plena*
non expicit.
275. *Postulatus semper illicita:*
276. *Electus autem licita administratio*
etiam est extra casu necessitatis.
277. *Et, cassata electione, fere subfinita.*
Ne Eccles.

263. **N**E Ecclesia Pastore viduatæ justâ diutius vident, Electionem canonice factam & publicatam electo intimare electores tenentur, quā primū commodè possunt, ex Constitutione Gregorii X. in Concilio Lugdunensi II. edita, &c. *Quam sit 6.* in 6. relata: quā, licet electionis intimatione certum tempus non praefixum, ac proinde ejus determinatio boni viri arbitrio relictā sit, *Glossa in c. cit. V. Quam sitius*, à Nicolao tamen III. electoribus octo dierum, ex eō tempore, quō commodè poterunt, computandorum spatiū præfixum est; ut, si electionis intimationem seu præsentationem ultra tempus illud distulerint, ii, quorum culpā id factum est, ab electionis prosecutione, quad suas personas (non quad personam electi, cui in sui juris prosecutione nullum præjudicium fit) excludant: atque insuper ab eius Ecclesiæ beneficiis ipso Jure per triennia sint suspensi, c. *Cupientes 6. §. Ceterum in 6.*

264. Electus verò intra mensem, à die, quō in electionis notitiam pervenit, numerandum, illam acceptare debet: alioquin si, justō impedimento cessante, ultra illud tempus consensum distulerit, jure ex electione ipsi quæsito, hōc ipsō privatus existit, c. *Quam sit cit. 5 c. Cupientes cit. pr.* nisi talis persona sit, quæ fu electioni absque superioris, sicut vg. Religiosus; quod nolle & velle non habeat, can. *Non dicatis 12. q. 1.* absque Pralati sui licentia consentire non potest; tum enim electus, vel (ut ambitionis nota eviretur) potius electores licentiam à superiori, eā qua poterunt celeritate, petere debent. Quod si intra tempus, arbitriō boni viri spectatis circumstantiis, ad eam petendam & impetrandam sufficiens, per se vel per alium non faciat, exceder jure quæsito per electionem; ut electores ad aliam electionem procedere possint, c. *Quam sit cit. 9. Quem si, c. Si religiosus 27. in 6. & Extravag. 2. inter communes: &c.* si ad aliam intra tres menses non procedant, eā vice privati sint iure eligendi, c. *No pro defecitu 41.* Porro superior, licet subditu electionis acceptandæ licentiam dare regulariter non teneri videatur, arg. c. *Ad aures 5. de Temp. Ordinat.* cùm ejusmodi licentia sit quedam gratia & beneficium: ad quæ facienda nemo compellitur, can. *Precaria 10. q. 2.* Casu tamen, quō id postularet alterius Ecclesiæ vel Monasterii magna utilitas, eam dare teneretur: &, qui eam sine justa causa negandō æmulatione potius quā bono zelō agi videretur, cogi ab altiori potestate posset ac deberet ad consentientium, Laiman in c. *Quam sit cit. n. 6.*

Post licentiam à superiori obtentam 265. hujusmodi electus consensum præstare debet intra mensem five triginta dies, perinde ut aliis, sic etiam ipsi concessos ad deliberandum, *Glossa in c. Quam sit cit. V. Condicio*; cùm enim totidem tempore licentia nondum impetrata fuerit ipse impeditus, tempus illud ei currere non debet; ac proinde ad consensum præstandum, post impetratam licentiam, integrer mensis indulgeri, arg. c. *Quia diversitatem 5. de Conciss. Præb.* Laiman in c. *Quam sit cit. n. 5. pro quorum declaratione.*

Dubium movetur primò, an quis 267. fui electioni teneatur consentire. Non quidem, si id Ecclesiæ necessitas aut magna utilitas posceret; eō enim casu utique teneretur, & secundum S. Thomam 2. 2. q. 185. art. 2. & textum can. *Sicut is 1. q. 6.* ad prelaturam acceptandam compelli posset à legitimo superiori: quomodo, in promotione ad Episcopatum vim sibi factam, afferit S. Augustinus, can.

S 3 nus, can.

nus, can. Ante omnia 7. disf. 40. relatus: sed ordinariè; tum enim, licet, qui pra alii idoneus judicatur, sui electioni Canonica (non, ut præsit: sed, ut multis profit, ad gloriam Dei,) consentiendò melius agat; cum ex motivo Charitatis, Virtutis omnium præstantissima, operetur: nihilominus, qui sui juris est, consentire non tenetur: imo illi per consensum jam acceptata renuntiare, c. Si electio 26. in 6. neque invitus ad prælaturam, aut aliam dignitatem; vel beneficium Ecclesiasticum quodcumque compelli potest, ut colligitur ex c. Si tibi 17. de Præb. & Dignit. in 6. quia invito beneficium non datur, l. 69. ff. de R. I.

268. Dixi tamen, Qui sui juris est; propter Regulares: qui, cum propter editum Obedientia votum proprium velle & nolle non habeant, cessante rationabili causâ renuendi, compelli etiam censuris possunt ad impositum sibi Ordinis sui munus acceptandum & exequendum, Donatus Tom. 2. Prax. Regul. tract. & q. 6. n. 2. Ad Episcopatum tamen vel alterius Ordinis Prælaturam acceptandam compelli Professus à prælato suo Regulari non potest; quia hujus in eum potestas ultra ea, quæ ad Regulam, & ejus, quam Professus est, Religionis Institutum spectant, se non extendit, Lai man de Elez. q. 68. in fine.

269. Dubium secundò est de jure, ex electionis acceptatione electo competente. Et scrutinio quidem publicato, factaque collatione ei, in quem majoris capituli partis suffragia collata appareat, si idoneus sit, jus competit imprimis; ut communis electionis decretum de ipso formetur ac publicetur, c. Quia propter 42. & c. Publicato 58. deinde; ut elec. tio intra octo dies, ex quo commode potest, ipsi intimetur, c. Quam sit & §. Ceterum cit. & demum; ut de electio-

nis acceptatione deliberandi menstruum temporis spatiū ipsi permittatur, et Cipientes cit. pr. quæ jura ad rem tantum fūnt.

Electionis verò acceptatione resoluētū ipsius prælatura jus in re acquirentur Selva de Benef. p. 3. cap. 1. n. 3. Lambertin. Lib. 2. de Jure patr. nat. q. 1. art. 4. n. 2. & Fagnan. in. Cum vos 4. de Offic. Ordin. n. 7. fecit Glosam in can. Quantu 10. disf. 6. Relatio ubi Per electionem, inquit, electo acceptanti acquiritur jus prælaturi sua administrandi, sed non exercitum prælature vel administrationi; per confirmationem enim nihil novi iurū acquiritur, sed tantum exercitum. In cedem rem DD. cit. allegant. c. Nihil ap. cuius §. fin. in concordia electis ad Ecclesiastis valde remotas administratio permittitur ante confirmationem. Ratione reddunt; quid, cum prælaturam regiens jus ad rem à maiori capituli parte electo competit ante electionis acceptationem, ista jus antecedens ita corroboretur, ut Reale evadat.

Sed hoc cum Ant. de Butrio in. In nostra 32. de Rescript. à n. 25. & Novarro in c. Si quando s. de Rescript. accept. 10. n. 6. meritò negant, & electionis Canonica acceptatione ad rem duntur, ius respectu prælaturæ acquiri, docent Flamin. Lib. 2. de Resignat. q. 28. n. 1. Zerola Prax. Epist. p. 1. V. Jus adrem p. 1. Garcias de Benef. p. 4. cap. 3. n. 2. Lai man ad hanc Rubr. n. 4. & Pafferin. de Elez. cap. 33. n. 7. Ratio solida est quia electione acceptata prælatura quidem ab electo peti potest, et que debita nondum tamen ejus propria & obtemperat, ut planè liquet ex c. Super his id. Accusat. ex cuius decisione, si per viam exceptionis crimen electo objiciatur ante confirmationem, id probatum impeditur.

promovendum, ne confirmetur: Sed non dejicit jam promotum per confirmationem; quod per iltam spirituale conjugium jam sit contractum, c. *Inter corporalia 2. Et c. fin. de Transl. Episc. Glossa in c. Super his tit. V. Post confirmationem*, quô locô aperte supponitur, electo jus in re non acquiri ante confirmationem; cum inter electum & Ecclesiam intercedens conjugium spirituale imitetur carnale: &c., sicut hoc per sponsalia, mutuo consensu de futuro inita, Initiatum sive inchoatum: Ratum autem evadit per mutuum consensum, in Ecclesiæ facie præstitum de presenti, c. i. *de Sponsa duor. sic spirituale conjugium per electionis acceptationem Initiatum, Ratum autem evadit per confirmationem, c. fin. cit.*

arque idcirco, sicut carnale inchoatum ad rem duntaxat, in re autem jus sponsio tribuit, cum id Ratum est: sic spirituali conjugio, per electionis acceptationem Initiatum, ad rem tantum, in re autem jus electo acquiritur, cum illud per confirmationem in Ratum transit. Cui ratione non parum roboris addit; quid per electionis acceptationem acquifito juri liberè, & superioris autoritate non interveniente, in ipsorum eligen- tium manibus valeat renuntiari, Glossa in c. Si elec̄io 26. V. Renuntiat in 6. & Panormit. in c. Cum venient 2. De in integr. restit. n. 11. quod jus in re habenti, superioris consensu non requiritur, non permittitur, c. Admonet 4. de Renuntiat. ubi Glossa V. Inconfusito Panormit. n. 2. & Fagnan. n. 3. Uti &; quod, si elec̄tus ante confirmationem decedat, prælatura non per ipsius, sed per antecessori obitum, renuntiationem &c, vacet, manifestò argumento, vacationem antecessoris morte, renuntiatione &c. inducātur durare usque ad electionis confirmationem, Glossa in Clement. 1. V. Col-

lato Ut lite pend. Et ibi Panormit. n. 1. & electo jus in re non acquiri ante confirmationem; cum, si in prælatura jus in re habuisset electus, illa ipsius propria jam fuisset, ipsiusque decendentis obitu vacaret.

Pro Reali jure, electo ex acceptatione quæfio, deducēta levia sunt. Im̄d, si ex administrandi facultate jus in re inferatur, ex c. Nihil cit. reale jus electo non competere, aperte defumitur; cum c. cit. sicut & c. Noſti g. c. Qualiter 17. & c. Avaritia 5. in 6. administrandi facultas electis generaliter denegetur: & §. fin. cit. in locis valde remotis in concordia electis ex speciali ratione solummodo dispensative & contra generalem Juris Regulam permittatur, ut mox placnum reddetur.

Non magis, quām textus, urget ratio; quia ante electionis acceptationem electo competens jus ad rem respectu prælatura perfectum non est, & proximè communem electionem istiusque electo faciendam intimationem spectat: respectu prælatura autem perficitur & compleetur per electionis acceptationem: quā spirituale conjugium inter electum & Ecclesiam iniciatur, c. fin. cit.

Dubium tertio est de Administratōne. Quam electo ante Confirmationem, tam in spiritualibus quam in temporalibus, interdictam, patet ex c. Noſti g. c. Qualiter 17. & præterim ex c. Avaritia 5. in 6. & Extravag. Injunctione 1. inter communes: quorum textuum priori, qui ei, etiam Oeconomi & Procuratoris nomine, vel quoconque aliō titulō, se ingerere præsumunt, jure, si quod per electionem ipsis qualitatem est, eō ipsō privantur: posteriori autē variæ penæ decernuntur in eos, qui promoven- tur à fide Apostolica, si ante literas super sua promotione receptas admini- strant. Quæ

strent. Quæ et si ita se omnino habeant, aliquando tamen administratio licita est electis non tantum, si fiat cum speciali licentia, quam Româ peti & cum Placet. ut vocant, accipi solere, notat Engel ad hanc Rubr. n. 51. sed vi etiam Consuetudinis, ut idem author advertit: & multò magis privilegii, cuius vi ad valde remotas, scilicet ultra Italiam sitas & sedi Apostolicae immediate subjectas Ecclesiæ in concordia electis administrandi facultas, exceptâ alienatione, dispensativè indulta est, c. Nibil 44. V. Caterum. Quantumvis autem §. cit. dispositionis conformis sit Praxis Indiarum, in quibus ad Episcopatus à Rege Catholico tandem præsentatos ea, quæ jurisdictionis sunt, exercere, testis est Gonzalez in cit. c. Noſti n. 8. eamque in Germania nostra etiam obſervari posse in cit. extum tradant Laiman n. 12. Wagnerek V. Ultra Italianam & Fagnan. n. 19. præterim, si administrationem Capituli Prelaturæ præjudiciolum fore appareat: recte tamen cit. DD. advertunt, Germania Prælatos eâ facultate uti, et si possint, plerumque non conſueſſe: & si Legatus à Latere in Provincia sit, non poſſe; ideoque, dum confirmatione sequatur, vel specialis licentia obtineatur, administrationem Capitulo, vel ab hoc deputato Oeconoſto relinquendam.

Obſtare quidem videri potest Extravag. Injuncta cit. quâ, tanquam Jure posteriori, dispositione c. Nibil cit. quoad electos, quorum confirmatione ad fedem Apostolicam, ut Episcoporum in Germania ſpectat, ſublatam, existimat Passerinus de Eleſt. cap. 33. n. 35. arg. 6. 1. de Confir. in 6. & l. Sed & posteriores 28. f. de LL. Sed probabilius eſt contrarium; partim quia cit. Extravag. damnatur administratio ex temeraria præſumptione; cujusmodi eſſe non cenſetur ad-

ministratio concorditer electorum in locis remotis; cùm ab his fuſcipi præmatur propter necessitatem Ecclesiæ, V. Caterum cit. partim vero; quia diſpoſitio generalis, præterim penalis, cum modi eſt Extravag. cit. non includit ſum speciale lictum, qualis eſt administratio in concordia electis & ab Itali remotis permifia, c. cit. ut in cit. Extravag. nota Glosſa V. Non præfumantur in Addit. Sed hinc ulterius Dubium quartò eſt, quid requiriatur, ut quis electus ceneſatur in concordia. Panormit. enim in c. Nibil cit. 4. & Fagnan, ibid. n. 12. fecuti Gofian in c. Cupientes cit. §. Ad hac V. Cenodem, ad effectum, ut electo ante confirmationem in Ecclesiæ valde remotis administrare liceat, ex §. fin. cit. explicant concordiam Plenam, que in definitione datur, quando ea nemini dilin- pante, five communibus omnium votis quadammodo per quaſi-Inſpirationem celebratur. Sed melius Laiman in c. Nibil cit. n. 6. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 297. ex §. fin. cit. administrationem electis ad Ecclesiæ valde remotas adiungunt non ſolū, quando omnibus in ploſoſ conſpirantibus; ſed etiam, quando ſufragii & conſenſi majoris & minoris partis capituli electi ſunt, minima parte, & ne uno quidem electioni contradicendi, vel contradicendi rationabilem causam habente; ut in electione ſaltem tacite conſentire intelligantur otiām ii, qui in electum ſufragia ſua non contulerunt, arg. c. 1. de His, qui a majori ſc. & l. Quod major ip. f. a. Municipal. Quam, et si latiorem, non minus tamen, quam ſtricta eſt, utrum concordie acceptiōnem, ad effectum administrationis, ex §. fin. cit. electo competentis, præferendi ratio eſt; quod ſi §. cit. diſpoſitio ad electos Plenam con-

cordiā restringatur, non obtineatur finis intentus à Papa, prospicere volente necessitatibus & utilitatibus Ecclesiarum sedi Apóstolicæ immediatè subjectarum & ab Urbe valde remotarum; ne ob longiorē morā dilatione confirmationis in spiritualibus & temporalibus detrimentum patientur; cū enim plenā concordiā & omnium votis in unum conspirantibus celebratæ electionis casus rarissimi, Ecclesiarum autem valde remotarum necessitates frequentes & ordinariæ sint, ordinarii illarum necessitatibus non ordinariè, sed pro rarissimis tantum & extraordinariis casibus prospectum elset, si h. fin. cit. dispositio exaudienda de iis tantum est, qui plenā concordiā sunt electi.

275. Dubium est quinto, an V. cit. dispositio locum etiam habeat in Postulatis. Ratio dubitandi est; quod electio & postulatio æquiparari, & iisdem fere Regulis definiiri soleant. Sed verius est, his, et si unanimi totius Capituli confensu postulati essent, administratio nem omnem interdictam; et si enim Postulatio & Electio in multis, quando eadem utriusque ratio est, æquiparentur, in hoc tamen valde differunt; cū electio competat ius & actio ad petendam Prælaturam: non verò Postulato, qui propterea tantum nitorū officiō superioris, postulationi non confirmationem debitat ex Justitia, sed admissionis gratiam tantum impendunt, Panormit. in c. Nihil cit. n. 7. & ibi Laiman n. 8.

Dubium sexto est, an ejusmodi electio administrandi facultas competit etiam, quando nullum periculum est danni Ecclesiis inferendi. Negat Imola n. 7. & movetur textu c. & V. cit. administrandi facultatem disertè concedente, propter necessitates Ecclesiarum & utilitates. Unde arg. à contrario arguit,

eam casu absens periculi alicujus danni non concessam. Sed, si textus ille ritè ponderetur, potius suadet Affirmativam; quod administrandi facultatem concedat generaliter, excepto solō casu alienationis: quā exceptione declaratur & firmatur prædicta facultas in omnibus casibus non exceptis, arg. I. Quæstum 12. §. 43. in fine ff. de Fundo instruto legato. Unde dicti Prælati ante Confirmationem exercere etiam poterunt, que patiuntur dilationem, vg. Obedientia, à subditis & Fidelitatis juramenta à Valallis recipere, ut in cit. c. cum Innocentio n. 2. docet Laiman n. 7. Neque aliud persuaderet eō expressa *necessitas Ecclesiarum*; quia, ut canonis dispositio generaliter locum habeat, satis est; quod periculum danni communiter & in plerisque casibus subsit, eti in particulari aliquo casu cesset; quia leges respiciunt ea, que communiter & frequentius contingunt, l. Nam ad ea 4. ff. de LL. Pirthing cit. n. 298.

Dubium septimo est, an casu, quod ejusmodi Prælati ante confirmationem administrantis electio, propter defectum personæ vitium, alicujus ex electoribus contemptum, vel solennitatum c. Quia propter 42. præscriptarum defectum, recinditur aut irrita declaratur, ejus acta nihilominus valida sint. Cujus resolutionem, quantumvis difficultis sit, fastis expeditam reddit distinctio in c. cit. n. 10. tradita à Laiman; vel enim, inquit hic Doctor, electio irrita fuit ipsò Jure, vg. quod electus sit irregularis; aut adhibita non sint solennitates substantiales electionis? & tum, si defectus publicè notus, omnia acta irrita sunt, propter defectum potestatis: si verò hic publicè ignotus fuit, valida sunt; quia hoc ipso; quod acta sunt Authoritate Canonis, in concordia electo admis-

T c

nistrata.

- nistrationem permittentis , V. Ceterum
eis. & intervenierit communis error sive
ignorantia defectus , Ecclesia defectum
potestatis supplet , propter utilitatem
publicam , arg. I. Barbarius 3. ff. de Offi-
cio Prat. & 9. Veruntamen post can. In-
famia 3. q. 7. Vel irritabilis solùm fuit
per sententiam , vg. quod unus vel duo
electores fuerint contempti ? & , tum
ejus acta valent : nisi contemptus mani-
festus & præterea electio fuisset oppu-
gnata ; sic enim deficeret concordia , ad
facultatem administrandi requisita ,
V. cit.

ARTICULUS. XVII.

De Appellatione con-
tra Electiones ac Postu-
lationes.

SUMMARIUM.

278. Appellationum ab his frequentia
Ecclesie damnoſa eſt.
279. Eſt autem appellatio alia Judicia-
lis , alia Extrajudicialis.
280. Permissa Jure eſt iis , quorum in-
tereſt :
281. Non tamen iis , qui in electionem
ſuffragia contulerunt ;
282. Niſi ex nova & antē non cognita
cauſa :
283. Neque etiam ei , qui ſui electioni
renuntiavī ;
284. Niſi appetet pro Ecclesiā intereſte .
285. Valer elecțio contra appellationem
extrajudicialeſ celebrata :
286. Ibiſ tamē iuſtificatā reſcinditur.
287. Ab electionibus ad Episcopatus ap-
pellatio interponenda ad Papam ,
288. Et cum ſolennitate intimanda eſt
appellato :

289. Quō abſente ad domum ejus , vel
in Ecclesia Cathedrali publica
eanda eſt.
290. Appellans omnia & ſingula objec-
tū ſpecificè exprimere debet ,
291. Et jurare , fe credere omnia q̄i
vera , poſſequē probari.
292. Quam expreſſionem & jurame-
num preſtant appellantes à qua
cunque proviſione Beneficii ,
293. Eorūmque adharentes.
294. Et procuratores ſpecialiter cu-
ſitūti :
295. Etiam cū ad Prelatos Papis
ſeriores ,
296. Extrajudicialiter tamen , non ju-
dicialiter , appellant ,
297. Appellans ad Papam & appellatu-
rum iter arripere debet in-
tra menſem :
298. Quō & 20 diebus lapsis protid-
etur in cauſa.
299. Ante alia tamen defectua mani-
ſti persona objecțiſ diſcutuntur:
300. Niſi probatis , vel non probati
cauſa terminatur.
301. Aliquando tamen etiam dia ob-
ſta examinantur.
302. Defectum manifeſtum objec-
tiuſe ,
303. Illūmque , etiam adverſa partem
ſentiente , revocare ,
304. Vel appellationi , Pape preſentati
renuntiare non potef.
305. Objecțiſ contra formam non plen-
probans condemnatur in co-
penſis.
306. Non probant objecțiſ contra po-
ſonam triennio ſuſpendit i
beneficiis :
307. Niſi probabili ignorançia excu-
ſetur.
308. Suſpenſio illa afficit ſola benefi-
ciū in Ecclesiā eleſti ,
309. ib

309. Ab eaque non excusat semiplena probatio objectorum.

310. Excusat tamen plena probatio unius ex pluribus electio objectis.

278. **U**su satis frequentes sunt à Prælatorum Electionibus & postulationibus appellations: quæ, cum diutinam damnosamque Ecclesiæ & animabus periculosam vacationem plerumque inducant, & non raro trivole interponantur, summi Pontifices hominum, appellations ad indebitè gravatorum defensionem comparatò præsidio temere abutentium, malitiam falibertimis constitutionibus variè coeruerunt.

279. Sicut autem in aliis, sic & in electionis & postulationis causis interpositæ appellations quædam Judiciales, aliae Extrajudiciales sunt: quarum illis à sententiæ judicis, electionem vel postulationem confirmantis vel admittentis, eam declarantis irritam, rescindentes vel repellentes, vel ab alio decreto vel gravamine à superiori judicialiter procedente in ejusmodi causa illato inferendove provocatur ec. Si postquam 33. V. Si autem &c. Si confirmationem 39. in 6. &c. Istæ five Extrajudiciales interponuntur adversus electionem vel postulationem; ne ad eam procedatur, c. Consideravimus 10. c. Cum inter 16. c. Cum nobis 19. iisve vel contra jam factam, quasi propter defectū formæ vel personæ unius vel plurium eligentium aut electi vel postulati, c. I. pr. juncta Glosa V. Personam &c. Ut circa 4. in 6. vel propter labem Simoniacam, c. Super eo 12. &c. Si alicuius 59. vel propter secularis potestatis abusum vel suffragii laicalis interventum, c. Quisquis 43. c. Massana 56. vel propter violacionem privilegiorum Ecclesiæ c. Consideravimus cit. &c. invalidam: vel ob do-

rum, metumve, aut unius vel plurium de jure vocandorum contemptum, rescissione obnoxiam, c. Sicut nobis 28. ad superiorem provocatur. Inter quas appellations illud discriminis intercedit; quod Judicialis sit ab actibus, qui in aut circa judicium accident, & supponat vel exigat judicem, à quo provocatur: alius autem, à quibus Extrajudicialis interponitur, accident extra judicium in aut circa processum electionis vel postulationis: & non supponunt judicem à quo, sed eligentium personas, à quibus ad judicem sive superiorem provocatur, ut plenius tradetur ad Rubr. de Appellat. Unde etiam legitimè interposita applicatio, si Extrajudicialis, devolutivum duntaxat: si vero Judicialis sit, cum isto etiam suspensivum effectum parit: postquam sive post Judiciale acta irrita ipso Jure: ea verò, quæ geruntur contra Extrajudicalem, irritanda sive rescindenda sunt à superiore, Panormit. in c. Bonna 51. de Appellat. n. 10. in fine Hauold. Tom. 5. de I. & I. tract. 5. n. 279. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 267. in fine. Hanc Judicialis vim & effectum etiam habet Extrajudicialis appellatio vel inhibitiō judicis seu prælati, ne ad electionem procedatur, prohibentis, ut in c. Consideravimus cit. notant Panormit. & Laiman Uterque n. 1. De Judiciali ad Rubr. de Appellat. agetur. Extrajudicialis vero appellations frequentia & abusui circa electiones huius Rubricæ subjectis Constitutionibus occurritur.

Et primò quidem appellandi facultas ita constricta est; ut iis duntaxat competenter, quorum suo vel alieno nomine interest, c. Cum inter 16. ibi, Cum nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes & l. 1. ff. de Appellat. Panormit. in c. cit. n. 3.

Quantumvis etiam non capitulares 281.

T 2

tantum,

tantum, sed alii quoque clerici, ne ad Ecclesiae suæ prælaturam indignus eligatur, de cœva celebrata elec^{ti}o conseruatur, appellare permittatur: ex ipsis tamen etiam capitularibus appellatio adempta est iis, qui suffragia sua in elec^{ti}onem contulerunt, aut etiam, se abentibus, ab aliis præsentibus celebratæ prætiterunt confensum, c. Nulli 8. in 6. quibus appellandi facultatem adimendi justissima causa fuit; quod contra factum suum venire, & quod semel approbat, mutato consilio reprobare & impugnare quis permittendus non sit, contra Reg. Quod semel 21. in 6. Glossa in c. Nulli cit. V. Impugnare & ibi Vivianus pr&c Laiman n. 1.

282. Excipuntur tamen, & contra electionem, qui in eam suffragia contulerunt, vel sponte confenserunt, appellare permittuntur ex nova causa, vg. improbitate morum, alióve defectu superveniente, aut antè quidem existente, sed probabiliter ignorato, & primum cognitò post electionem jam celebratam, c. Nulli cit. Ratio de ejusmodi causa superveniente est; quia de futuris verisimiliter non fuit cogitatum: & cùm eveniunt, tanquam de novo emergentia novò indigent auxiliō, c. Infinuante 25. de Offic. deleg. & c. Pastoralis 4. de Except. De causa vero noviter cognita; quia non esse & non apparere, paria reputantur, l. Lege 77. ff. de Contrab. empe. & l. Duo Titii 30. ff. de Testam. tut. Is tamen, qui electionem ex defectu ante non cognito impugnat, probabilis sua ignorantia fidem facere debet & potest propriò juramento, c. Nulli cit. in fine; quod bona fides, quā ejus ignorantiam nisi necesse est, in animo lateat, & regulariter probari aliter non possit, Glossa fin. in c. cit. Vivianus ibid. §. Nisi & Barbosa n. 4.

283. Simili modò ejus, qui electioni de

se factæ semel renuntiavit, adversus electionem alterius quasi factam contra juri suo provocantis appellationi delatum non est c. Cùm inter 16. quod, cùm iuri suo semel renuntiari, ad id juri & regressum in eadem causa amplius non habeat, Glossa in c. cit. V. Ex confessu & ibi Laiman n. 2.

Quod si talis, non pro jure suo peti spontaneam cessionem dimisit, sed pro Ecclesiae vel monasterii sui interesse contra alterius electionem appellareret; quod vg. electio à capitularibus ab officio suspensis, ac proinde invalide; vel de persona, qua ob morum pravitatem aut liuum defectum fidelibus scandalo aut Ecclesiae damno futura merito timeatur; sita sit, ejus contra hanc appellatione celsive renuntiatio non obstat; quod Ecclesia favori, qui publicus est, non poterit renuntiare, c. Si diligenter 12. de Foro rom. pet. & l. Jus publicum 29. ff. de Patria Innocent. in c. Cùm inter cit. n. 2. & Laiman n. 2.

Secundò electio validè celebrati protest, extrajudiciali appellatione a parte ne ad eam vel in ea procedatur; interposita non obstante; quantumvis eam, hujusmodi appellatione (saltem non fievole) interposita, ad eam vel in ea ulteriori non procedendum, sed superioris de appellatione cognoscens judicium expectandum sit: electio tamen, infra per habita hujusmodi appellatione, celebrata Jure subsistit; ut, si superior male appellatum postea judicarit, constituta & confirmetur, c. Cum nobis 19. innocent. in c. Cùm inter cit. n. 4. ubi Pannormit. n. 11. & Imola n. 16. si vera de appellationem legitimè interpositam renuntiari, rescindatur, & cum omnibus post appellationem actis sine attentatis iritum revocetur, c. Consideravimus in Ratio est; quia appellatio extrajudicialis devolvit.

devolutivum duntaxat, non etiam suspensivum effectum parit, *Glossa in c. cit. V. Appellationem*, ubi Panormit. n. 1. & in c. Bone si. de Appell. n. 10. & Gonzalez ad Reg. 8. *Gloss. g. in Annot. contra nullit. n. 29.* & generatim post appellationem extrajudiciale, à parte oppositam, acta non irrita ipso Jure, sed à superiori, illam legitimè non interpositam pronuntiante, irritanda, dictū est n. 179. Si, ne ad electionem vel in ea procedatur, appellatio vel inhibitio facta fuisset à superiori, contra eam attentata ipso Jure irrita forent; quod, cùm talis appellatio utrumque tam suspensivum quām devolutivum effectum pariat, c. *Dilectus 55. de Appell. contra eam* acta ipso Jure non subsistant, Panormit. in c. *Consideravimus cit. n. 1. Lai man in c. cit. n. 1. & Pirthing cit. n. 267. in fine.*

287. Tertiò, in causis electionum ad Cathedrales hisque superiores, scilicet Metropolitanaas, Primatales & Patriarchales Ecclesias, in & extra iudicium appellans, ad sedem Apostolicam seu Romanum Pontificem appellare debet, c. *Quamvis 10. in 6.* cùm quod, licet Episcoporum ad Archiepiscopos, & sistorum confirmatio ad Primateis vel Patriarchas olim pertineret, c. *Qui Episcopus 2. in fine dist. 23. e.* Cùm dilectus 32. bac Rubr. & c. *Si Archiepiscopus 6. de Temp. Ordinat.* hodie tamen in Germania nostra à Romano Pontifice petenda sit, per ejus Nationis Concordata, §. *Item placeat*: tum verò; quod super electionibus Episcopatibus exortæ causæ propter suam gravitatem de Ecclesiæ majoribus Apostolico iudicio reservatis censeantur, c. *Quamvis cit. pr. ubi Franc. n. 8. Vivianus pr. & Barbosa num. 1.*

288. Quartò, licet aliás, ut appellatio legitima ad superiorē, ad quem provocatum est, devolvatur, plus non exigatur,

quām ut interposita sit ex causa rationabilis & in scriptis, sine alia solennitate, c. *Ut debitus 59. de Appell. &c. Quamvis cit.* ad hoc tamen, ut electionis, postulationis & cuiusvis alterius provisionis beneficialis causa per appellationem ad sedem Apostolicam devoluta intelligatur, & apud hanc pertractanda sit, specialis solennitas praescripta est *Clement. Causam 3.* ut scilicet, cùm in electionis aliave beneficiali causa appellatur ad sedem Apostolicam, illa ad hanc devoluta non censeatur: nisi in praesentia appellati, vel procuratoris eiusdem, ad hunc casum specialiter dati, fuerit interposita, aut eorum alteri intra mensem vel postea, quām citè commodè poterit, intimata: porrectò ei vel per lectorē appellacionis authenticō tenore istiusque copiā, si petita fuerit, eidem traditā.

Si appellans absit, nec ejus procurator inventariatur, appellationis publicatio facienda est in domo sive ad domum, in qua ille habitare communiter consuevit: vel, si ista remota sit, in Ecclesia Cathedrali, in cuius dieceesi sita est Ecclesia vel beneficium, super quo est appellatum: atque insuper utroque hoc casu, sive quando appellatio ad domum vel in Ecclesia Cathedrali sit, ea publicanda est in Ecclesia vel beneficio, de quo agitur, & facta appellacionis copia, si petita fuerit, tradenda est appellato.

Quod si, propter appellati suorum-

que metum vel potentiam, appellationis

intimatio ita fieri nequeat, in loco aliquo

publico vg. sub Misla, ante vel post Con-

cionem, in nundinis aliave conventu vel

loco publico à populo frequentato, sic

publicanda est; ut ad appellati, vel ejus pro-

curatoris notitiam possit verisimiliter

pervenire, *Clem. cit. Qua Constitutione*

introducta hæc appellationis intimatio

istiusve solennitas sic observanda est, ut

Tt 3 aliter

aliter facta nullum habeat effectum Juris, nec causa per appellationem ad sedem Apostolicam devoluta intelligatur: nisi ad appellantem plena & certa appellationis interposita notitia pervenierit intra mentem, vel post hunc, quam primum commode poterit.

Ratio hanc solennitatem appellationibus, in electione aliisque beneficialibus causis interponendis, ut ad sedem illam devolvantur, constituendi gravissima fuit, quod, cùm ex una, appellatio ista vim habeat citationis peremptoriaræ ita, ut in termino juris non comparensi pro contumace habeatur, & contra ipsum absentem in causa principali ad testium aliarumque probationum receptionem & ipsam sententiam definitivam procedatur, *Glossa in Clement. cit. V. Devoluta*: ex altera vero parte, absurdum sit, contumacem haberi ignorantem, cui a pellatio intimata non fuit, idcirco ut in electionis aliave beneficiali causa interposita ad appellati, vel procuratoris ejusdem notitiae verisimiliter perveniret, solennitas ista præscripta & necessariò observanda est in ejusmodi appellationibus, in Curia sive apud sedem Apostolicam pertractandis; ut alias ad istam devolutam non intelligantur, *Glossa V. cit. & V. Tempus Vivian. in pr. Clement. cit.*

290. Quinto, appellans contra electiones vel postulationes aliasve provisiones beneficiales, vel contra personas eligentium aut electi vel aliter proviforum, super appellatione sua & iis, quæ contra electionis formam aut personas illas opponunt, confecto instrumento publico omnia & singula, quæ opponit, exprimere similemque jurare debet, se credere ea esse vera & sufficienter probari à se posse. Ultra ea vero, quæ publico ejusmodi instrumento expressa fuerint, neque tempore appellationis interpositæ, neque postea a-

liquid objicere permittitur: nisi id novo emerterit aut innoverit, quod appellationis interposita tempore verisimiliter ignoravit: & super hujusmodi ignorantia ab ipso præstum fuerit juramentum. Quæ appellandi forma à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi II. c. II circa 4. in 6. relato præscripta est; ut electiones calumniosè impugnantur, meritas & Ecclesiis periculosè vacuum protelationes excluderentur.

Declaratur constitutio hac Gregorianæ; ut primò in electionum, postulationum & similibus causis appellans personam determinatè teneatur, se credere ea, que contra formam aut personas objecta & instrumento expressa sunt, omnia & singula vera esse & posse probari: & ea sufficiat, quod juret, se credere ea esse vera & probari posse, vel faltem indeterminate seu disjunctivè vera esse & probari posse, quæ ad electionem, postulationem, aliām provisionem casrandam, vel electi aut aliter provisi personas regrendam sufficiunt; cùm ita jurans non solum super non expressis, sed etiam super expressis audiendus non sit ex Confessione Bonifacii VIII. relata e. *Is qui ib. in 6. quia e. Ita circa cit. simpliciter* agat. 3. hoc autē de Gregorio X. e. *Ita circa cit. conditore manifestum non est*, cùm ejus intentio fuerit removere omnem calumniam: quæ objectorum falsi etiam unicō committitur, & toto accusationis rectione puniti mereatur. *Glossa in e. Is qui cit. & ibi Laimas Ratio.*

Neque huic declarationi adverfatur quid in

quod inter ejusmodi disjunctivam & copulativam allegationem nihil interfit; cum, quando copulativa allegantur duo, quae ad eundem finem tendunt, quorūque unū tantum probatō finis ille obtinetur, eorum alterum probari sufficiat, *e. Exhibita 19. in fine de Judiciis.* nisi allegans non necessariō utrumque probandi onere seipsum gravet, *I. Circa eum 14. V. Si quis ff. de Probat.* atque idcirco, cum ejusmodi duo allegantur, propositio copulativa in disjunctivā resolvatur, *I. Sepe 53. ff. de V. S. ut in simili cum Mascarо conclus. 325. n. 3. dictum est tit. 2. n. 56.* Verū, esto hoc ita sit, quando præcisē exigitur probatio intentionis: aliter tamen res se habet, quando intendit exclusio omnis calumniosae objectionis: ad quam ab electione & postulatione impugnatione penitus removendam, *c. Is qui cit. exigitur;* ut contra eas appellans juret, se credere ea, quæ obiecit, omnia & singula esse vera, possesse probari, *Glossa fin. cit. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 282.*

292. Declaratur secundò; ut ea appellationis forma non iis duntaxat, qui ab electionibus & postulationibus ad Cathedrales, Abbatiales hisque similes Ecclesiæ vel monasteria: sed illis etiam, qui à dignitatum, personatum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorūcumque provisionibus factis aut faciendis appellant, prescripta intelligatur, ut planè liquet ex *c. Ut circa cit. quod allegata ratio ipsas quoque comprehendit, Glossa in c. cit. V. Aliorum.*

293. Declaratur tertio; ut ad eandem formam servandam non appellantes solum principales, sed his quoque ad haren̄tes adstringantur, atque defectus & crimina, quæ objiciunt, specificare, ac jurare etiam ipsi teneantur: non quidem, quamdiu appellationis interpositæ nego-

tium prosecutur principalis: sed cum, isto mortuo aut aliter deficiente, illius prosecutionem ipsi suscipiunt, *c. cit. V. Alioquin.* Ratio est; quod, si formā illā non ipsi quoque constringerentur, hominum electiones calumniosē oppugnatum malitiis via fatis præcluſa non esset, *Glossa in c. cit. V. Adharentes.*

Declaratur quartò; ut eandem formam observare etiam teneantur procuratores: & quando hi ad appellationem contra electionem, postulationē, aliāmve provisionem beneficiale principalis nomine interponendam constituantur, neceſſe sit, in mandato procuratorio omnes & singulos defectus, & cum suis circumstantiis etiam crimina, quæ contra formam electionis aut electi personam, principalis unius vel plurium nomine objice-re volunt, clare ac specificē exprimi: atque insuper procuratores instructos esse speciali mandatō ad juramentum in animas eorum, quorum procuratores sunt, præstandū, quod ipsi appellantes procuratorem dantes credant ea, quæ expresa sunt, esse vera & à se posse probari. Secus procurator non admitteretur, ex Constitutione Bonifacii VIII. *c. Ut circat.* dispositionem declarantis *c. Procurator 38. in 6.*

Si procurator non ad appellandum, sed ad appellationis à principali uno vel pluribus interpositæ prosecutionem datur, illum sine tali defectuum & crimini expressione in mandato procuratorio facta audiendum, *in c. cit. cum Franco n. 1. notat Pirrhing ad hanc Rubr. n. 284. in fine;* quod ea expressio *c. cit. ad appellationem* duntaxat principalis nomine interponendam; non ad interpositæ ab ista prosecutionem requiratur.

Declaratur quinto; ut eadem forma servanda sit non solum, quando contra electionem aliāmve provisionem beneficiale

294.

295.

cialem ad sedem Apostolicam seu Papam, sed etiam, quando contra earum aliquam factam faciendamve ad judicem Papam inferiorem, vg. ad legatum Apostolicum vel ad Metropolitanum provocatur, Glossa in c. cit. V. Appellari. Ratio est, quod c. Ut circa cit. relata Constitutio Gregoriana loquatur generaliter: generalis autem locutio generaliter sit exaudienda per ea, qua arg. l. Regula 9. §. fin. ff. de J. & F. J. Et. Si chorus 76. pr. ff. de Legat. 3. Lib. 5. tit. 40. n. 33. tradentur

Cum hoc primò occursu pugnare videtur; quod ista Gregorii X. constitutio declaretur ea, quae ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi edita fuit, &c. i. in 6. refertur; ac proinde de solis appellationibus, ad sedem Apostolicam seu Papam interpositis, sit exaudienda; cum quod de solis his sermo sit c. i. cit. tum verò quod, cum causa ad sedem Apostolicam devoluta tardiorum exitum habeant, quam delatae ad judices Papam inferiores, atque idcirco diurna vacationis Ecclesiarum periculum majus sit, si in electionis vel alterius provisionis beneficialis negotio ad sedem illam, quam si ad ejus legatum vel metropolitanum appellatur, appellationibus ad sedem illam certam formam praescribendi major necessitas fuerit, quam ad hujusmodi judices inferiores interponendis. At revera haec cum declaratione illa non pugnat partim; quod, licet ratio ista potentiùs urgeat in provocationibus ad Papam, vim tamen suam etiam habeat in interponendis ad judices inferiores: & propterea c. Ut circa cit. praescriptam formam etiam à capitulo, provisionem de beneficio factam ab Episcopo impugnare volente, observandam, cum Joan. Monacho in c. cit. novent Laiman ibid. n. 4. & cit. Pirrhing n. 181. insine: partim verò; quia c. cit. relata Gregoriana ab Innocentiu Confli-

tutione c. i. relata etiam divergit quod alia, & praesertim quoad penas, c. i. in deficienti in probatione ejus, quod obicit: &c. Ut circa cit. illi, qui in applicatione praescriptam formam non obterret, impositas &c. Glossa V. Appellari in Anchoran. in c. Ut circa cit. not. 2. & Pirrhing cit. n. 281. pr.

Dubium est, an forma c. Ut circa cit. observanda etiam sit, cum in electio num causis in judicio appellatur. Ratio, quæ hoc suaderet, primò intuitu suis ponderosa est; quod haec tenus declaratam appellandi formam introducendis, ut circa electiones postulationes & provisiones Ecclesiasticas via malitia percludatur: ne diutius periculis vanis Ecclesie, vel personatum dignitatum aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum proviso differatur, & que militis in judicialibus appellationibus, quam in eis judicialibus; atque idcirco in ea fundat c. cit. dispositio generalis ad appellationes contra electiones &c. extra judicium interponendas, perperam restringatur.

Verum, quia in judicio, & extra judicium à judge temere appellantium militis via jam præclusa, & Ecclesiarum beneficiorum indemnitatibus prospectumatis fuit per remedia proditione anterius c. Ut debitus 59. de Appellat. & c. i. item Rubr. in 6. non etiam adverfis, cum contra electiones aliavse beneficiorum provisiones extra judicium ab aliis, quam à judge, vg. ab electoribus, Glossa in c. cit. V. Vel extra pr. & Pirrhing in Rubr. de Appellat. n. 109. not. 2. & al judices Papa inferiores appellant, ideo c. Ut circa cit. introductam novam formam appellationibus contra electiones &c. Etis faciendis solummodo extrajudicibus accommodatam, Bonifacius VIII declaravit c. Constitutio 41. in 6. Rati est; quod, cum antiqui juris correlative

ediosa, & ultra, quā poscit necessitas, porrigenda non sit, c. *Cum expeditat 29. in 6. & l. Præcipimus 32. C. de Appellat.* nova & ab antiquiori Jure exorbitans appellandi forma, præscripta e. *Ut circa cit.* ab extrajudicibus trahenda non sit ad judiciales appellationes; præsertim cūm allegata ratio in illis potentiū, quā in his urgat; quōd, extrajudicibus ad certam formam redactis, plurimarum appellationum temeraria interpositio impediatur, *Glossa fin. in c. Constitutio cit. V. eodem Laiman & Wagnereck ibidem.*

297. Sextò, si electionem, postulationem vel provisionem ad prælaturam, dignitatem, personatum vel canonicatum impugnans, & contra formam vel personam electi aut aliter provisi aliquid objiciens ad sedem Apostolicam appeleret, tam ipse appellans quām appellatus & ceteri, quorum interest, per se vel per idoneos & de causa instrūctos procuratores ad sedem Apostolicam iter arripere debent intra mensē, à die appellationis adversario ejusque procuratori cognite, computandum, *c. cit. junctā Glossa V. Computandum.* Eò autem exactō, si parte una præsentē altera, dierum spatiō expectata, per se vel procuratorem non comparuerit, in causa, super qua appellatum est, proceditur: & si de ea liqueat, per definitivam sententiam terminatur, *pr. cit.* ne propter longam moram Ecclesia in spiritualibus vel temporalibus lesionem sive detrimentum patiatur. Quare hoc casu ad testium aliarumque probationum receptionem & definitiuvam etiam sententiam proceditur, lice non contestata, *c. fin. §.* Porro *Utrum non concessit.* & pars absens sine alia citatione in contumacia constituitur; quōd terminus præfixus à Jure vim habeat peremptoriæ citationis, c. *Sape 44. de Appell.* *Glossa in pr. cit. V. Absentia & ibi Laiman num. 5.*

Septimò, si electo vel aliter providendo de dignitate ab adversa parte evidens defectus scientiæ vel personæ vg. vi-tium corporis, & alia vg. homicidium, perjurium, excommunicatio objiciantur, ante omnia in ejusmodi defectum, qui per examen vel ocularem inspectionem facile deprehendi potest, est inquirendum. Quōd 300.

observatō, si defectum verum & ad personam à dignitate repellendam sufficien-tem esse, apparuerit, illa, ut indigna, ad hanc non est admittenda. Si verò compertum fuit defectum objectum falso, opponens à prosecutione causæ omnino repellendus est; ut super aliis non amplius audiatur & perinde habeatur, ac si in omnium probatione defecisset, c. *Si forte 11. in 6.* ubi hoc ita constitutum est par-tim; quōd ejusmodi cauſa, ut Ecclesiastum diuturna vacatio impediatur, expeditionis exposcant celeritatem, *Clement.*

fin. de Judiciis: partim verò; quōd calum-niosa objectio defectus manifesti & facili cognoscibilis inducat præsumptionē dolosa & calumniosa objectiōnis alio-rum, qui probationis & indaginis sunt difficilioris, *Glossa in c. cit. V. Eviden-tem, ubi Vivianas §. Et si in fine & Laiman*

§. *Ratio:* qui tamen rectè monet, hoc 301.

specialiter constitutum contra eos, qui

impugnant elections vel promotiones ad

Ecclesiasticas dignitates: & locum non

habere in promotionibus ad beneficia in-

feriora; quōd regulariter actor in obje-

ctorum unius probatione deficiens ad a-

liorū probationem admittatur, ut colligitur ex c. 1. §. fin. in 6.

Idem locum

etiam non habet, quando inter alia defec-

titus non manifestus electo objectus eset,

vel objiciētum ad illum opponendum

probabilē ignorantiā ductum appareret;

cum enim tali casu malitiosa objectiōnis

& calumniæ præsumptio cesseret, in obje-

ctorum uno deficiens audiendus super

Uu alius &

aliis, & non super his denegandæ audientia penā plectendus esset, Archidiacon. & Vivianus in c. cit. uterque *in fine*.

Sic etiam restrictum c. cit. intellectum difficultem reddunt ejus verba, *Cujus cognitionis de objecto defectu eventus examinandi alii aut dabit initium aut negabit.* Quomodo enim illius evenitus examinandi alii initium dabit, si causa, defectu non probatō, ulterioris auditiae denegatione: illo verò probatō ad dignitatem promovendi repulsa terminetur? Argumento huic variè occurritur: & imprimis quidem, defectu probatō, aliorum discussio locus est, quando defectus quidem verus, sed solus ad promovendi repulsa sufficiens non est; tunc enim citra omne dubium alia vocari possunt ad examen. Imò &, si defectus solus sufficiat, à judge in alia obiecta ex officio inquire expedit; ut pluribus causis concurrentibus magis perspicua & indubitate sit iustitia repulsa. Deinde, defectu etiam non probatō, aliorum examen locum habet, quando illum objicentem bona fide processisse, & probabili ignorantia à calumnia excusari, apparet. Demum, si ita excusari nequeat, ipsi quidem super aliis auditientia omnis denegatur, judex tamen ex aliis indicis & causis ex officio, vel alio, cuius interest, accedente, instituire novum processum, & ad alia examinanda procedere potest, *Glossa in c. Si forte cit. V. Initium cit. Laiman §. Id querunt & Pirrhing n. 278.*

§. Porro.

Octavō, is qui electo vel aliter promovendo ad dignitatem (non etiam ad beneficia inferiora, *Gloss. in c. Ab eo 31. V. Promovendum in 6.*) inter alia evidenter seu notorium scientiæ vel corporis, vg. morum aut natalium defectum semel opposuit, postea pœnitere, & defectum vel ejus qualitatem, vg. notoriætatem, re-

vocare non potest, c. cit. quod ejusmodi pœnitentia vel revocatio cedat in praedicium ejus, cui defectus est objectus; pœnitere autem & consilium mutare que nequeat in alterius præjudicium vel detrimentum, Reg. *Quod semel 21. Reg. Alterare 33. in 6.* Ex qua ratione, ipso tecu insinuata,

Dubium oritur, an ejusmodi debet, qui objicit, revocare & pœnitere faltem valeat, consentiente & juri suo renuntiante eō, cui ille fuit objectus; hoc enim fuadet Regulare dogma, juris la spontaneam cessionem cuivis permittens, c. *Super hoc s. de Renuntiat. c. Si de terra 6. de Privileg. &c. Si quis 29. Cde Patris Verūm, quia ejusmodi pœnitentiæ & revocatione non solum electo vel aliter promovendo, cui defectus est objectus, sed ipsi Ecclesiæ & publicæ utilitati præcatur; cùm publicè & ipsius Ecclesiæ idoneitatem sibi citò & de idoneo patlore vel rectore provideatur; hoc autem obtinetur, si, an defectus objectus verus ac notarius sit, ante omnia alia diligenter quid, defectu probato, per longa minima idoneæ Ecclesiæ præjudicioſa confirmatus vel promotione impeditatur; illò verò non probatō opponens quasi de calumniæ objectione convictus à caula profectio ne omnino excludatur: quia, inquam, ita se habent, merito ejusmodi pœnitentiæ & revocationem, etiam cum electo vel promovendi consensu factam, si non ab Ecclesia vel istius nomine à judge abmittatur, ei qui objicit, non proficeret in c. *Ab eo cit. cum Glossa fin.* censet Laiman in fine.*

Dubium hinc aliud nascitur, electionis vel postulationis causa ad fedem Apostolicam provocans appellacionem vel renuntiari. Quia in re interest, res integra, aut secus sit; cùm, si ea omni no-integra: & neque Papæ seu Cœlo

Apolog.

Apostolice oblatæ seu præsentata, neque intimata parti appellatæ sit, ab ea interposta recessus ac renunciatio ullo, saltem quod hodie extet, Jure inhibita non sit, *Glossa in c. Quamvis 10. V. Constitutionis & V. Partibus in 6.* Si verò nondum quidem præsentata Papæ, sed tamen appallato intimata sit, cum illius quidem consensu recedere & appellationi intimata renuntiare appellans, cessante pravitate, poterit, *c. cit. V. Caterum;* ne justæ & nemini prejudiciale pœnitudinis humanitas ei amputetur, & agere invitus cogatur, contra *Regulam l. Unie. C. Ult nemo invit. ag. cog.* Iliò autem sive appellatæ non consentiente ab hujusmodi appellatione recedere appellans nequit: nisi ad adversa parte factas expensas & omne ejus intereste prælata paratus sit, ut cum *Glossa in c. cit. V. Partibus* notant Joan. Monach. n. 6. & Laiman n. 2. Si demum appellationis cœla Papæ præsentata ciuitate Curia oblatæ jam sit, recessu ac renunciationi non amplius locus, sed cœla iudicio Apostolico relinquenda est, *V. Caterum cit. ne, ei jam præsentata re-*

nunciando, partes illudere Papæ & Apostolicum iudicium ab eorum penderere arbitrio videatur. Quæratio in simili reditum c. Bonæ 4. §. fin. de Postulat. Prælat. &c. sicut hæc, sic etiam c. Quamvis cit. dispositio in hujusmodi beneficibus majoribus: non etiam in aliis causis procedit, arg. c. Interposita 70. §. Ille, de Ap-

pellat. Gloss. cit. & in c. Quamvis cit. Joan. Monach. n. 7. & o. & Franc. n. 8.

393. Nonò, contra electionem postulationem ad Prælaturam, vel contra quamvis aliam provisionem de dignitate personatu vel Canonicatu alicui factam, ad sedem Apostolicam appellans, si contra formam seu processum objecta plenè non probabit, condemnatur in expensis, quas altera sive adversa pars docuerit se

fecisse, ex Constitutione Innocentii IV. relata c. 1. §. fin. in 6. Ratio est, quia regulariter in iudicio victus, qui litigandi cœlam probabilem non habuit, in expensis victori condemnatur, *c. Finem 5. de Do-*

lo, c. Calumniam q. de Pœnis & l. Eum quem temere 79. ff. de Judicis, cum; ut indemnisservetur, qui vexatus est injuste: tum verò in pœnam temeritatis ipsius vieti, causam non legitimam in iudicium deducere prælumentis, Vivianus §. fin. cit. Is autem, qui contra formam objecta plenè non probat, probabilem litigandi causam habere non videtur; cum ejus objectio tangat Jus c. *Quia propter* 42. &c., cuius ignorantia probabilis non reputatur; quod id l'cire omnes debeant, *l. Leges p. C. de LL. & propterea, claram ejus dispositionem ignorare, lata culpa reputetur, arg. Reg. Ignorantia 13. in 6. Bartol. in l. Quid Nervia 22. ff. Depositum 3. & 7. Gail. Lib. 2. observat. 48. num. 29. & Tuschus Præficit. V. Ignorantia concl. II. n. 3. ut ad Reg. cit. pleniùs tradetur.*

Decimò, contra eosdem ad dictam 306. fedem appellans, si in defectu vel criminis, contra electi postulati aut aliter promovendi personas objecti, probatione defecerit, non solum in expensis adversæ parti condemnatur, sed insuper à beneficiis Ecclesiasticis per triennium incurrit suspensionem; & si intra illud trium annorum tempus propria authoritate in beneficia se ingerere præsumperit, eis in perpetuum sine gratia vel dispensationis spe privatur, *c. 1. §. fin. cit.* Ratio graviorum pœnam in eum, qui contra personas, quam qui contra formam aliquid falso objicit, decernendi fuit; quod objecta contra personas ad istarum infamiam plerumque cedant, & fere criminationis atque calumniæ habeant rationem, Franc. in §. fin. cit. n. 3. ut propterea in-

Uua jurarum

juriatum Actioni locum esse, aliqui velint,
apud Laiman in §. cit. n. 3.

307. Excipiunt tamen &, licet contra personas aut etiam contra formam objecta non probarint, in expensis tamen non condemnantur, & triennalem suspensionem non incurront appellantes, si manifeste offendent, se probabili ignorantia &, non Juris, sed facti errore, bonaque fide & intentione ad obiciendum inductos: aut in probatione defecisse improbitate testium, se judicio malitiose subtrahentium: vel quod electus aut alter promovendus ab objecto defectu occulte sit liberatus, ut colligitur ex §. fin. cit. verbis, *Nisi manifestissimā confiterit documentū quod ipsum à calunnia vitio causa probabilitas, & sufficiens excusari*, qua clausula, in c. & §. fin. cit. fine posita ad omnia antecedentia referri potest & de Jure debet; cum enim in talibus cesserit culpa & præsumptio calumniae, ad hanc puniendam Jure constitutis penitus locus non erit, arg. c. *Cum cessante eo de Appellat. Glossa in §. fin. cit. V. Deficerit*, Franc. ibid. n. 2. & Laiman n. 5.

308. Quantumvis etiam triennalis illa suspensio, ejusque violationi imposita privatio beneficiorum, ex communi DD. lenientia currantur ipso Jure, illa tamen non affici beneficia quæcumque: sed ea solum, quæ in personæ objectorum probatione deficiens obtinet in Ecclesia, de cuius electione, postulatione vel provisione alia traçatur, ut arg. c. *Si compromissarius 37. in 6. in §. fin. cit. cum Glossa V. Beneficiis* notant Barbosa n. 10. & cit. Laiman n. 4. Suspensionis etiam censuram violans beneficia ipso Jure amissa dicimtere non tenetur: nisi sententia, criminis saltem declaratoria, accedat; quia regulariter poena privationis juris jam quæsti, canone vel lege inducta, ejusmodi sententiam expolit, ut

ex communi DD. sensu tradetur Lib. tit. 3. n. 3. & Lib. 5. tit. 37. n. 18.

Dubium est, an appellantem à triennali suspensione excusat contra personæ objectorum probatio semiplena: cujusmodi imperfecta probatione objectorum contra formam expensarum refusiones non evitari liquet ex §. fin. cit. ubi Innocentius IV. in expensas condemnandum statuit eum, *Qui plenè non probrit, quod in formam opponit.*

De suspensione autem illa dubitandi ansam præbet idem Papa, §. cit. haec censura ligans illum, qui in probatione fecerit ejus, quod objectit in personam quæ verba cum non verificari videantur de eo, qui contra personam objecta semiplenè probat; quod talis non simpliciter in probatione, sed in probatione tantum plena deficiat, appellantem i dictæ suspensionis censura, §. cit. propriâ semiplena probatio liberabit, *Glossa in §. cit. V. In probatione.*

Verum §. cit. in probatione deficiente non eum duntaxat conferi, quin personam objectorum nullam: sed eum etiam, qui semiplenam duntaxat probationem & non plenam affect, perfiditer desumitur ex c. *Illi circa 4. in 6. quod latus Gregorius X. §. cit. disputatione declarans, Illa, inquit, que Innocentius Papa IV. (§. cit.) contra non plenè prophanentes ea, quæ in formam & in personam objectant, statuit, in suo volumu rebatur permanere: cujus textus verba Non placari tam in personam quam in formam objicientes afficiunt, penitusque §. cit. constitutis utrumque, si objecta non plenè probarit, obnoxium esse declarant, nisi quod eos à calumnia vitio cauta probabilis & sufficiens excusat, manifeste confiterit documentis: quod modo contra personam objicientes à calumnia ratio excusari non constat ex adducta eis quod do-*

- quod obiecerunt, probatione semiplena ;
 à triennio
 sciam
 stori
 sionen
 ibi le
 emme
 prolo
 citat
 it, hu
 one do
 ian :
 deaut
 fecta lo
 famili
 ationis
 tem i
 propo
 Gise
 defini
 in pe
 rum
 prole
 cipit
 quic
 cione
 cent
 pēt p
 fijan
 rōvō
 ne p
 orum
 g. c.
 on p
 larant
 alia q
 dō co
 mīnū
 ita q
 ood co
 quod co
324. *Nisi propter ipsum vitium sit facta.*
 325. *Confirmatione conferatur Titulus
 prelature :*
 326. *Conjugium spirituale Ratum e-
 vadit :*
 327. *Tribuitur jus capiendi possessio-
 nem & administracionem ,*
 328. *Et supplementar ac sanantur electio-
 nis defectus :*
 329. *Non ex Naturali aut Divino, sed
 humano Jure descendentes :*
 330. *Si Confirmatio non in Communis ,*
 331. *Sed speciali forma sit obtenta.*
310. q. 4. p. 9. n. 4. & Palao Tract. 29. diff.
 4. p. 10. §. 3. n. 5. com cit. Glossa V.
*Defecserit & DD. aliis, calumniose obie-
 ctiōnis pœnam evitari docens ab eo, qui
 ex pluribus defectibus vel criminibus ob-
 jectis contra personam unicum, ad per-
 sonæ promotionem impediendam suffi-
 ciens, plenè probavit, arg. c. Inter cate-
 goria 4. de Rescripte.*

ARTICULUS XVIII.

De Electionis Confir-
matione.

SUMMARIUM.

311. *Hac peti, olim intra trimestre,*
 312. *Et petit a concedi debet à superio-
 re, Papā inferiore.*
 313. *Hodie intra mensem petenda est ,*
 314. *Ab Episcopo vel Papa ,*
 315. *Aliōve Superiorē immediato.*
 316. *Ante ejus concessionem Processus
 electionis*
 317. *Et electi qualitates examinanda
 sunt ,*
 318. *Modò prescriptō à Gregorio XIV.*
 319. *Et prmissa citatione contradic-
 torum :*
 320. *Quibus deficientibus confirmatur
 electio ,*
 321. *Postea non facile impugnanda :*
 322. *Vel cassatur.*
 323. *Confirmationis cassatio non afficit
 electionem :*

Post consensum, celebratæ de se e-
 lectioni præstum, electus intra
 trimestre, à die consensus nu-
 merandum, petere à superiore
 debet confirmationem, sive juris ad præ-
 laturam per electionem quæstii corrobo-
 rationem, c. *Quam sit 6. in 6.* *Quam,*
si electus dignus sit , iste negare sine e- 312.
*jus, & ipsorum etiam eligentium , inju-
 ria non potest; quia, ut supra n. 272. di-
 claram, ipsa Canonica electionis accepta-
 tionē electo jus acquiritur ad prælatu-
 ram: qua proinde ipsi ex Justitia debi-
 ta & plenè tribuenda est per Confirmationem;* 3; ideoque, licet electio ante
*scrutinii publicationem libera voluntatis , Confirmatio tamen Necessitatis es-
 se, dieitur à Joan. Andr. in c. Postquam
 3. n. 2. & Panormit. n. 1. præterquam ,
 si conferenda sit à Papa; cum enim iste
 de dignitatibus & beneficiis quibuscumque
 disponendi plenam & absolutam ha-
 beat potestatem, c. *Licet 2. de Præbend.*
*in 6. si illius Plenitudine uti velit , ex
 caula gravi & publicæ utilitatis Canonici
 è electum & idoneum reiicere, & Ecclesie
 de magis idonea ac digniore persona
 poterit providere, ut non obscurè indi-
 catur à Nicolao V. Constitutione , qua
 incipit *Ad sacram super Concordatis Ger-*
 manie**

U u 3

manie edita 14. Calend. April. 1448.
cujus §. Item placet de electionibus ca-
nonicis factis, eas confirmandas ait: *Nisi
ex rationabili & evidente causa de di-
gniori & utiliori persona duxerimus pro-
videndum. Improbanda etiam non eit, si
alicubi vigeret Confuetudo: vi cuius ad
dignitates, saltē inferiores, vg. ad
Decanatum in concordia electi, ipsa suæ
electionis acceptatione eas administrandi
jus plenum sine alia superioria confirma-
tione consequantur, Baldus in Auth.
Habita C. Ne filium pro parte n. 44. &
Laiman in c. Postquam cit. n. 1.*

313. Hanc autem Confirmationē electus
& admissioni gratiam postulatus, se-
cundūm Gloff, mox cit. I petere, si ju-
stō impedimentō cessante, ultra tres
menses differret, per electionem quaesi-
to ad pralaturam jure eō ipso privare-
tur, cit. c. *Quam sit cit. §. Caterūm;*
ut, si de negligentia constaret, ad aliam
electionem à capitulo procedi liberè pos-
set, ut colligitur ex antecedentibus ver-
bis, *Electores ad electionem aliam pro-
cedendi liberam habeant facultatem,*
Gloffa in §. cit. V. Vacuetur Francus ibid.
n. 4. & Barbosa n. 5. Quin, Jure
posteriori, ad Ecclesias Cathedrales vel
Regulares, sedi Apostolicae immediate
subjectas, electi post habitam sua elec-
tionis notitiam, pro petenda Confirmationē
ad Sedem Apostolicam intra
mensem iter ipsi arripere: vel, si id
commodè fieri non possit, personas i-
doneas mittere jubentur, c. *Cupientes*
16. §. Hac igitur in 6.

314. Porro electi Confirmationē ordinariē
pertinet ad proximum sive immediatum
superiorē, cui Ecclesia vel dignitas est
subjecta, secundūm Holtiens. in *Summa*
bic n. 6.

In specie autem, imprimis Abbates
& Præpositi non exempti, tam Regu-

lares quāti seculares, ubi eos eligendū
jus capitulo vel Conventui competit,
confirmandi sunt à proprio suo Episco-
po diocesano.

A jurisdictione Episcopali excepto,
& Sedi Apostolicae immediatē subjecti,
Seculares, uti etiam Regulates, Gene-
ralem non habentes, à fide Apostolica
vel istius de Latere Legato in provinciā
existente, confirmari debent, c. *Si ab
batem 36. §. Hujusmodi in 6. Laiman in
c. Postquam cit. n. 3. & Tamburin. Tom.
1. de Jure Abbat. disp. 6. q. 2. n. 1.*

Abbas vero & alii Præpositi Lo-
cales ac Provinciales, Abbatem, Præpo-
situm vel Ministrum Generalem haben-
tes, ferē ab istis, vel immediate, vel
per subditos ipsi Provinciales: ipsi ut
ejusmodi Generales à Romano Po-
tifice, tanquam superiore suo imme-
diato, accipiunt Confirmationē: nulli po-
ciali privilegiū Apostolico, postquam
canonicē electi in sui electionem confe-
runt, eō ipso per summum Pontificem
confirmati intelligantur, & plenam ja-
rigacionem consequantur; ut Genera-
lis officio fungi in spiritualibus & tem-
poralib⁹ possint: cuiusmodi privilegia pro-
fuis Generalibus Ordini Cisterciensium
ab Eugenio IV. Congregationi Valli
Umbrosæ Ordinis S. Benedicti à Paolo
III. FF. Minoribus à Clemente IV. Mi-
nimis à Julio II. & Paulo III. & catena
Ordinibus Mendicantibus ab aliis sum-
mis Pontificibus indulta, perhibent Ro-
driguez *Tom. 2. Regul. q. 55. art. 3. Mi-
randa Tom. 2. Manual. Prelat. q. 22. art.*
32. conclus. & Tamburin. l. cit. n. 3. &
*de Societatis JESU Præpositis Genera-
bus, cum primū juxta ejus Confite-
tiones electi sum, disertē habetur in
Bulla ejusdem Pauli III. quæ incipit *Lati-
debitum 15. Calend. Novemb. 1549. &*
*Compend. Privileg. Societ. §. Generali.**

Neque refert; quod istius & aliorum Ordinum Generales Romæ, postquam electi sunt, à PP. aut FF. Congregatis ad summum Pontificem deducantur; quia id non Confirmationis petenda gratia, sed ex singulari devotione & reverentia in Christi Vicarium, & pro obtinenda Benedictione Apostolica fieri solet, ut probè advertit Donatus Tom. 2. Prax. Regul. Tract. 7. q. 2. n. 10.

Deinde, Abbatiflæ & similes Monialium Præpositæ à Sede Apostolica, si Monasterium huic immediate est subiectum, Confirmationem petere debent. Non quidem, ad eam personaliter accedendò; cùm id texus verecundiam & conditionis statum utique non deceat, neque expedit: sed procuratores sufficierent instructos mittendò, juxta c. Indemnitatis 43. §. Porro in 6. Si verò Monasterium alicui Religiosorum viorum Ordini vel Episcopo immediatè subiicit, ad hunc vel illius Ordinis prælatum pro ea ipfis recurrendum, cum Azor p. 1. Inst. lib. 13. cap. 10. q. 3. docent titt. Laiman n. 4. & Donatus Tom. 4. Tract. 7. q. 18. n. 4.

Denique, Episcoporum canonice electorum Confirmatio olim ad ipsum Pampl. can. 1. dist. 22. &c. Quantò 10. dist. 63. postea verò ex Ecclesia Romana permissione ad Archiepiscopos: & istorum Confirmatio ad Primates vel Patriarchas spectabat, can. Qui Episcopus 2. in fine dist. 23. can. fin. dist. 64. c. Cùm dilectus 32. b/c & c. Si Archiepiscopus 6. de Temp. Ordinat. Hodie verò in Germania nostra, in qua illos eligendi mos adhuc viget, Episcoporum fere omnium Confirmatio iterum à summo Pontifice petenda est, per cit. Bullam Concordat. S. Item placet, Laiman n. 3. cit.

Superior autem prius, quam electionem confirmet, etiam nemine petente

séque opponente, ex officio instituere debet examen sive inquisitionem duplìcem: unam de electionis processu: alteram de qualitatibus & habilitate electi, c. Nobis 19. junctâ Glosâ V. Ex officio & c. Nihil 44. ibi, Diligenter examinet & electionis processum & personam electi.

Processum quidem sive Formam electionis, an ista secundum SS. Canonum præscriptum facta, & ad ejus substantiam pertinentium nihil sit prætermisum.

Qua de re plenam ei fidem faciet Decretum electionis, sive per Notarium publicum confectum authenticum instrumentum, exhibens totam ejus seriem, omniaque, sicut in ipsius & testium, si qui adhibiti sint, præsentia gesta sunt, accuratè descripta, Glosa in c. Imotuit 20. V. Decreto Panormit. ibid. n. 15. & Sylvester V. Elellio 1. q. 18.

Electi qualitates, in quas inquirendum est, aliae intrinsecæ & quasi innatae, aliae extrinsecæ & adventitiae sunt.

Prioris generis sunt; quod sit homo verax, castus, pacificus, sobrius &c. quas, licet aliás habere & esse bonus quilibet præsumatur, si contrarium non probetur, c. Unico de scrutinio in Ord. c. fin. de Presumpt. & l. Cùm quidam 24. ff. de Legat. 2. nihilominus, an in electo ad prælataram reperiantur, inquirendum est, can. Qui Episcopus &c. Postquam cito. Rationem Glosa in c. Si forte II. V. Scientia in 6. reddit; quod, et si, cùm nihil negotii cum aliquo habemus, in ejus vitam & mores non inquirere, sed eum bonum presumere debeamus: tamen cùm filia in matrimonium alicui tradenda; ac proinde etiam, cùm Ecclesia alicui despontanda est, in ejus vitam morisque, an prædictus sit dotibus & virtutibus pralato necessariis; jure optimè & ex officio inquiratur, & requiratur testimonium externum ex loco, in quo fuit ver-

fuit versatus, c. Postquam cit. nisi ejus
vitæ morumque integritas & ad præla-
turam habilitas notoria esset, Panormit.
in c. cit. n. 5. Posterioris generis sunt,
scientia, etas & similes qualitates: quæ
cum non præsumuntur, sed probandæ
sint, indubitate super iis instituendum
est examen, secundum c. Cum nobis 19.
Gloss. V. Ex officio cit.

318. De utriusque generis qualitatibus
electiū ad Episcopatum vel aliam Præ-
laturam, à Papa in Consistorio confir-
mandum, examinandi modus à Gregorio
XIV. prescriptus est Constitutione, quæ
incipit *Onus Apostolica edita 1. Maij 1590.*
secundum quam in Germania nostra in
Episcopum electus Vicino alicui Episco-
po se offere solet examinandum super se-
quentibus articulis. Primò, an ex le-
gitimò matrimonio copulatis & Catho-
licis parentibus si natus, c. Cum in cun-
ditis 7. pr. hic & c. Quiunque 2. §. Ha-
retici, de Hereticis in 6. Secundo, an
compleverit annum etatis trigesimum,
pr. cit. aut, si postulatus sit, inchoave-
rit vigesimum septimum, Extravag.
Unic. inter com. de Postulat. pralat. Ter-
tiò, an saltem sex mensibus constitutus
sit in Ordine Sacro. Quartò, an in
Sacra Theologia vel Jure Canonico Do-
ctor aut Licentiatus promotus, vel fal-
tem publicò alicujus Academia, vel a-
liorum probatorum & expertorum testi-
moniò ad alios docendos idoneus judicatu-
s sit: quæ duo in electo ad Episcopatu-
m exigit S. Synodus Tridentina Seff.
22. cap. 2. de Reformat. Quintò, an
bonæ famæ, virtutæque, can. Qui Episcopus
cit. & can. fin. dist. 51. & in Ecclesiasti-
cis functionibus versatus: an prudens
rebusque gerendis idoneus sit, ut habe-
tur *Constitut. cit.* Cujus examinis pro-
cessus & super relatis articulis receptæ
idoneorum & juratorum testimoniū depo-

sitiones Romam mittendæ & repetendæ
sunt, quoties quis ad novam præteritum
majorem prælaturam evehendus, pro hoc
electionis Confirmatione agit, Laiman
in c. cit. n. 7. & 8. & Pirrhing ad hanc
Rubr. n. 319.

Neque etiam, si electionem Camp-
nicam & electum idoneum constet, ad
Confirmationem statim procedendum:
sed huic, uti & Postulationis admissio-
ni, præmittenda est per Edictum citatio
omnium eorum, quorum interest: quæ
si electio in discordia celebrata &, vel
duæ electiones postulationesque, vel u-
na quidem duntaxat facta sit, ei tamen
ne confirmetur, aliqui se oppofuerint, alle
speciale, & contradictores ad suam ca-
fam agendam nominati, præfixo tempi-
no peremptoriō, vocari: si vero electio
fuerit concors, eique nemo se opponat;
generale Edictum, quod contradictores
electionem oppugnare aut electionem
impedire volentes, ad certum diem &
locum generaliter & peremptoriè voca-
tur, proponi voluit Bonifacius VIII. a
fin. in 6. appositâ clausulâ irritante Con-
firmationem, si quæ nullè ejusmodi o-
dicto propoſito, fuerit facta. Ratio est
quia ad Confirmationis formam c. cit. 5
xiguntur duo, scilicet ut iis, quorum
interest, per edictum, pro electionis que-
llate Speciale vel Generale, vocatis, &
cognitione cause five diligenti inquisi-
tione, super electione & electo præmis-
sionis, fiat: quorum proinde alterò deficiente,
Confirmationem corruere est necesse;
Franc. & Laiman in c. cit. uterque n. 1
nisi ea facta sit à Papa, ut omni alio hu-
mano Jure, si etiam hoc Canone supo-
riore, aut ejus à Latere Legato, ut cum
Cuccio Institut. major. Tit. de Confirmatio-
ne n. 36. & aliis advertit Barbola in
cit. n. 4. & 5.

Eiusmodi autem Edictis propositis, si pro-

Si præfixo die & loco, qui se opponat, nemo compareat: & ab electoribus secundum SS. Canones processum, atque electi personam dignam & ad prælaturam idoneam esse appareat, procedendum est ad Confirmationem electionis, vel postulationis Admissionem: quâ per literas authenticas acceptâ electus & postulatus jus in re five titulum & quasi dominium acquirit prælaturæ; ut ictius possessionem accipere & quantumvis nondum consecratus vel benedictus, imo nec Sacerdos sit, in spiritualibus & temporalibus administrare, Fidelitatis juramenta recipere à Vasallis, causas cognoscere & delegate, Censuras aliisque poenas Ecclesiasticas infligere & inficietas relaxare, beneficia Ecclesiastica conferre, ad eaque præsentatos instituere & electos confirmare, in juramentis & votis non reservatis dispensare, gratias & privilegia concedere &c. possit.

321. Neque si quis ita factam Confirmationem & huic præviâ electionem impugnare postea voluerit, amplius facile admittetur: nisi procul fuerit absens: aut, si præsens, vel non procul absens fuit, propositi Edicti ignorantiam, allegatis verisimilibus conjecturis, probet & jumento confirmet arg. & fin. Qui matrimonium accusare &c. Laiman. l. cit. n. 2. vel tantum per Canonica Denuntiationis viam contra electum jam confirmatum quidpiam opponat; ne indigna & inhabilis persona Ecclesie præsit; hoc enim agentem etiam ordinariè post Confirmationem admittendum, notat Panormit. in c. Nibil 44. in 6.

322. Si vero, à SS. Canonibus præscriptam formam non observatam, vel electum indignum esse, comperiat, illa à superiori cassanda, & iste repellendus est; ne non solum electus, cassata Confirmatione, prælaturâ deiiciatur post promoto-

tionem: sed ejus Confirmatione superior ipse, juxta c. Nibil cit. dispositionem, privetur potestate confirmandi proximum successorem in ejusmodi prælatura, & à proprio beneficio suspensionem: &, si malitiosus id fecisse convictus fuit, graviores penas, judicis arbitrio infligendas, incurrat.

Dubium hic est, an superioris Con-

firmatione cassata etiam Electio casetur.

Ratio dubitandi oritur à paritate cum Electione: qua cassata etiam Confirmationem corrure est necesse. Sed lata inter eas disparitas est; quia Confirmatio accessoria est electioni: quâ proinde propter defectum formæ aut persona vitium cassata, corruit etiam illa: et si non viciousm irritatio Confirmationis redundet in electionem; quia principale non sequitur naturam accessoriæ: sed hoc potius naturam principalis, ut cum isto corrut Reg. Accessorium 42. in 6. Quare Confirmatione, five propter defectum potestatis in confirmante, five propter omissionem in ipsa Juris solennitatem, cassata, non hoc ipsis etiam præcedentem electionem infirmari, à Bonifacio VIII. dictum est. Si confirmationem 39. in 6. ne per inutile, ab isto separabile utile vitiare contingat, contra Reg. Utile 37. in 6. Aliud est, si Confirmatione cassaretur propter vitium electionis; tali enim casu etiam hanc corrure, res est indubitate; quia propter quod unumquodque tale, & illud magis tale, ut est tritum Axioma, Glosa in c. cit. V. Infirmari.

Dubium secundo est de effectibus Confirmationis; variis enim de his DD.

sentiunt & loquuntur: & non desunt, qui ab eâ nihil novi electo tribui: sed id solummodo, quod per electionis acceptationem acquisitum est, ut actu exerceri valeat, corroborari, existiment cum Glosa in can. Quanto 10. V. Relatio disf.

tio diff. 63. & Selva p. 3. de Benefic. q. 1. n. 11. Frequentiori tamen & meliori aliorū calculō proprii Confirmationis & notabiles effectus sunt

Primo, jus in re, sive titulus, proprietas & quasi dominium prælatura, ex illa competens electo; ut accepta confirmatione prælatura renuntiare non valeat, nisi in manibus superioris: &, si illa cedat vel decedat, prælatura jam non per antecessoris sed ipsius confirmata renuntiationem vel obitum vacare intelligatur, juxta dicta n. 270.

326. Secundò, ratificatio conjugii spiritualis inter prælatum & Ecclesiam, per electionis acceptancem solimmodo inchoati; ut, si Ecclesia Cathedralis, Metropolitana, Primalis, vel Patriarchalis sit, inter eam & prælatum intercedens nuptiale vinculum Apostolica duntaxat autoritate valeat disoluī, c. 1. e. Inter corporalia 2. & e. fin. de Translat. Epist. ut ad hanc Rubr. n. 5. dicetur.

327. Tertiò, jus petendi Investituram: vel, si hanc denotantibus verbis electio confirmata est, immediatè apprehendendi possessionem, aut in hanc inductionem petendi, ut Lib. 3. tit. 7. à n. 39. pleniū tradetur.

Quarto, administratio sive actuale exercitium omnium spiritualium & temporalium jurium prælatura: ut respectu Pontificalis prælatura sunt perceptio frumentorum ex ejus bonis provenientium & redditum annexorum; collatio beneficiorum, ad ea præsentatorum institutio & confirmatio electorum corūmque deſtitutio; cognitio, definitiōne & delegatio caſularum ad forum Ecclesiasticum pertinentium; visitatio, correctio punitiōne delinquentium; impositio & relaxatio censurarum; receptio Fidelitatis juramentorum à Vasallis, & generaliter omnia pertinentia ad Ordinariam ju-

fisditionem Episcopalem: exceptis dum taxat iis, Quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt & ministerium conformatiōnis desiderant, c. Transmisam 13. ubi Glossa V. Talibus Baſius de Elec. p. 3. cap. 43. n. 9. Suarez Lib. 4. de Li. cap. 4. n. 9. Laiman in c. cit. n. 1, & Gonzalez in c. Postquam 3. n. 8.

Quintò, suppletio & fanatio effectuum electionis: quem tamen effectum an Confirmation producat, dubitatio gravis est; quod, ubi vitiosa electio, confirmation non tenere vel prodesse dicatur, Glossa in c. 1. V. Irritum de Poſtul. prælat. in 6, & Panormit. in 1. Ad probandum 24. de Sent. & re iudic. n. 5. Cui rationi non nihil, nec minium tribuendum, & adhibenda diligēcio est inter electionis defectus & formas confirmationis.

Et primò quidem explorati Juris Regula est, à Confirmatione non suppleri aut sanari defectum aliquius, ad electionis substantiam & valorem requiri. Jure Naturali aut Divino, sicut vg. ex parte eligentium est defectus potestis eligendi & consensū, & ex parte electi defectus usus rationis, vel sexus malitiae respectu dignitatis Pontificalis; cum enim in hujusmodi defectibus dispensari nequeat illa potestate humana, illa etiam sanari & ad valorem corroborari non valebit electio, ex ejusmodi defectu nulla, Laiman in c. 1. de Translat. n. 3. limit. 1. & Paslerin, de Elec. cap. 3. n. 167.

Neque cum hoc pugnat; quod non habentibus potestatem, aut sufficien- tiis partis minoris, maiore contradicente, electus confirmari à Papa valeat; ut prælatura possessionem & administrationem licet suscipiat, in eaque perseveret quia hoc faciendò Papa non corroborat ipsam electionem; ut convaleat; quod potestis

- potestatis & consensus defectus insanabiles sint, Vantius *de Nullit. ex defectu iuris. à n. 6.* sed nulliter electo de Ecclesia liberè providet ex Plenitude potestatis, de omnibus dignitatibus & beneficiis Ecclesiastici liberè disponendi summo Pontifici competentis, c. *Licet 2. pr. de Prab. & dignit. in 6. & Clement. 1. in fine, ut sit pend.*
330. Secundò, quamvis ex Apostolica potestatis Plenitude Ecclesiastici Juris defectus quicunque suppleri ac sanari à Papa possint, hòc ipso; quòd omni humano Jure superior sit, can. *Cuncta per mundum 17. &c. 9. q. 3.* ex illo tamen etiam Jure descendentes electionis defectus non supplet aut sanat illius Confirmatio, in forma communis & Ordinaria facta; cùm enim talis Confirmatio sequatur naturam actus confirmati, & huic solummodo validè gesto majus robur & autoritatem conferat: invalidè autem gestum in sua nullitate relinquit, c. 1. c. *Examinata 7. de Confirmat. utili & c. Quia diversitatem 5. de Concess. prab. electionem ex humani etiam Juris defectu invalidè celebratam ad valorem non corroborabit, sed ejus nullitatem instantiam relinquet ejus Confirmatio, obtenta in forma communis; cùm ita facta includat tacitam conditionem, Si electio Canonica est, Panormit. cit. n. 6. cit. Baifius n. 9. Pasterin. n. 167. & Tamburin. Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 6. q. 1. n. 24.*
331. Tertiò, ex humano tantum Jure descendentes electionis defectus supplet ac sanat Confirmatio illius in forma speciali à Papa, certam defectuum scientiam se habuisse exprimente, eisque ex potestatis Plenitude supplente, obtenta. Ratio est; quia hujusmodi Confirmatio vim habet novum jus tribuendi electioni confirmata, siue ex humani Ju-
- ris defectu irrita valorem conferendi, cùm æquiveleat novæ concessioni, suppleatque omnes defectus, qui in actu interveniunt, & suppleri possunt ac solent, Laiman cit. n. 3. Baifius cap. cit. n. 11. & Pasterin, l. cit. Rectè tamen cit. Laiman *limit. 2.* monet, hujusmodi Confirmatione etiam amplissima, vg. *Confirmamus supplentes omnem defectum substantialiem, vel Confirmamus ex certa scientia & per plenitudinem potestatis, ut vires habeat perfectissima notionis &c.* Suppletos non censeri defectus, explicantes specialem expressionem dispensationis: cuiusmodi defectus est personæ electæ inhabilitas ad prælaturam, præfertim orta ex impedimento, in quo non facile solet dispensari: vel, si electus sit intrusus; cùm ex certa etiam scientia obtenta Confirmatio electionis de persona inhabili & intrusa subreptitia reputetur, si inhabilitatis & intrusionis non fecerit mentionem. Simili modo, si aliquis possest per violentiam acquisita ex certa scientia confirmetur, ut Confirmatio ex subreptione vitiosa non sit, violentia in ea mentionem fieri necesse est: nisi Papam ejus certa notitiam habuisse, aliunde confitetur, Speculat. Tit. *de Legato §. Nunc ostendendum n. 15. & Tuschus Praet. V. Confirmatio concl. 710. n. 22.*

ARTICULUS XIX.

De Episcopi Consecratione: Abbatum & Abbatisarum Benedictione.

S U M M A R I U M.

332. *Episcopi consecrantur, Abbatess benedicuntur.*

XX a

333. *Dif-*

333. *Differentia inter Consecrationem & Benedictionem.*
 334. *Illa trimestre :*
 335. *Hac ceterum tempus prefixum non habet.*
 336. *Illa à solis Ordinis Episcopalis :*
 337. *Hec aliquando ab aliis Prelatis confertur.*
 338. *Illa etiam à Papa simplici sacerdoti,*
 339. *Et secundum aliquos uni Episcopo committi nequit.*
 340. *Posteriori hoc Papam posse, DD. auctoritas,*
 341. *Juris textus & Ratio :*
 342. *Ecclesia usus,*
 343. *Et objectorum solutio evincunt,*
 344. *Consecratio Dominicò :*
 345. *Benedictio etiam aliò die peragere potest.*

332. **C**onsecrationem Electi ad Cathedram sive Episcopalem Consecratio e. *Provida 44. juncta Glossa V. Consecrationes in 6.* ad Abbatialem verò aut aliam similem Prelaturam sequitur Benedictio, e. i. de *Suppl. neglsg. inter quas notabiles & praecipue differentiae sunt.* Prima; quod Episcopi consecratio per manum impositionem i. *Timoth. cap. 4. V. 14. can. Episcopus 7. dist. 23. & can. 1. dist. 75.* sacri Christi inunctionem in capite & manibus, can. 1. cit. & e. *Unic. de Sacra Unio.* facta, sit verus Ordo, imprimens Characterem, juxta dicenda *Tit. 10. n. 5.* Abbas autem & similium Praelatorum Benedictio solummodo sacramentale quoddam & solennis Oratio, sive deprecatoria manuum impositio, can. 1. dist. 69. & can. *Manus 1. q. 1.* Secunda; quod per Consecrationem ad Episcopatum promoto conferatur Episcopalis nominis absoluta appellatio; cum ante eam

etiam post confirmationem, Episcopus non absoluē, sed cum addito *Electu* debat appellari, e. *Tua 8.* ibi *Episcoporum electo, De iis, qua à Prelat. Panormi,* Cū in cuncte 7. §. *Qui verò, 6. contr Abbatis nomen post confirmationem absolutè competat, etiam si nondum sit b. predictus, ut constat ex e. *Meminimus 13. de Accusat. & Clement. 2. §. Statutu à Statu Monach. quibus textibus, ut etiam Cancellarie Apostolica stylò, electus ad solutè Abbas, uti etiam electa, Abbatisa vocatur, Barbosa in e. 1. de Suppl. nglig. n. 6.* Tertia; quod Consecratio Episcopo tribuat plenitudinem officii Pontificalis; ut non solum ea, que jurisdictionis sunt, exercere: sed etiam functiones ad Potestatem Ordinis, tam Divinò quam humanò Jure spectantes, obire omnes possit, e. *Transmissam 15. juncta Glossa V. De talibus,* contrà Abbatiales potestas plena obtineatur per electionis confirmationem: per Benedictio autem solummodo tradatur quoddam exercitium collationis Ordinum minorum, ut usus baculi, mitra, allorūque Episcopaliū ornatōrum: ad quod exercitium obtainendum Benedictio simpliciter necessariam non esse, patet; quod ex commissione simplici sacerdoti competere possit, arg. e. 1. cit. & in quibusdam Hispaniæ locis ex conuentu Abbatibus, nulla Benedictio recepta, seu dignitati concessos actus Ordinis valent exercere, Rodriguez *Tom. 1. Regul. 9. 1. art. 2. Tamburin. Tom. 1. de Jure abbatis. dist. 1. q. 34.* & cum ipsis Laiman in e. 1. cit. n. 3.*

Porro, consecrati Episcopi debent intra tres menses, à die Confirmationis acceptæ numerandos: ultra quos, si celsante legitimò impedimento Consecrationis munus recipere distulerint, olim incurrerunt varias penas, can. *Quoniam 2. dist.*

2. disp. 75. *Scan.* 1. §. Si vero disp. 100. decretas. Hodie vero ad fructuum perceptorum restitutionem tenentur: &, si intra tres alios menses id recipere neglexerint, ipsò hujusmodi neglectu privati sunt dignitate Episcopali à Trident. *Jeff.*

23. cap. 2. de Reformat.

335. Abbatibus certum tempus, intra quod Benedictionem petere teneantur, præfixum, negat Tusculus *Practic.* V. *Abbas* *concl.* 8. n. 4. Quod etsi ita se habere concedatur respectu Abbatum, qui ex Privilegijs Apostolicis, vel ex consuetudine statim postquam confirmati aut electi tantum sunt, omnia jura benedictis competentia consequuntur; quod his pro non necessaria Benedictio certum tempus præfigi non fuerit necesse: ab aliis tamen Abbatibus & Abbatissis perpetuis benedictionis petitionem ultra annum non differendam, ex *Clement.* 1. §. *Ceterum*, de *Statu Monach.* rectè defumit *cit.* *Tamburin.* q. 8. *Perpetuus*, inquam; quia, Abbatissas solum temporales vg. triennales benedici, noluit *Gregorius XIII.* *Constitutione* edita 1. *Maii* 1583. nisi sedes Apostolica aliud exprestè decernat, vel ejus Curia observet, *Quaranta Summa Bullar.* V. *Abbatissa in fine* & *Barbola de Offic.* *Episc.* alleg. 27. num. 60.

336. Petere autem Consecrationem Episcopus Jure antiquo ab Archiepiscopo suo Metropolitano: & iste cum duobus Episcopis Comprovincialibus, ceteris omnibus vel saltem maiorem partem assistentibus, eum consecrare vel ejus Consecrationem tribus ejusmodi Episcopis committere debebat, *can.* 1. *cum seqq.* *disp.* 64. & 66. c. *Si Archiepiscopus b. & c. Ne Episcopi* 7. *de Temp.* *Ordinat.* ipse vero Archiepiscopus, omnibus suis suffraganeis, sive Comprovincialibus Episcopis, presentibus & assistantibus conse-

crandus fuit, *can.* 5. §. *fin.* *disp.* 51. *Scan.* 1. *cit.* *disp.* 66. Duxi, *Antiquo*; quia Jure moderno, quo Archi- & Episcoporum Confirmatio in Germania, & Institutio vel Provisio in aliis Regnis & Provinciis sedi Apostolica reservata est, eorum Consecratio per speciale mandatum totidem Episcopis delegari à Papa solet, ut recte advertit *Honorius in Summa Juris Can.* num. 35.

337. Abbatum etiam Benedictio Jure *communi* competit Episcopo, hanc illis, assistantibus duobus Abbatibus, impertinente, *can.* *Quoniam i. disp.* 69. c. 1. *de Suppl.* *neglig.* & c. *Cum contingat ii. de Etat.* & *qualit.* nisi vi exemptionis & indulti Apostolici à totidem sui Ordinis Abbatibus benedici possint: cuiusmodi Privilegium ab Innocentio VIII. Cisterciensibus concessum, *cit.* *Tamburin.* q. 11. refert. Ab eodem Abbatissis non exemptis: exemptionis vero à sui Ordinis Prælato, cuius jurisdictioni subjiciuntur, Benedictionem impertidiem, docet & *cit.* *Innocentii & Clement.* VIII. Privilegiis firmat idem Doctor *disp.* 2. q. 8. n. 2. De Episcopi consecratione.

Dubium duplex oritur. Primum, an ex commissione Papæ peragi à simplici feredote possit. In quo Negativam contra Paludanum in 4. *disp.* 7. q. 4. art. 3. pro certa tenendam, rectè advertunt *Pao* *lao tract.* 27. *Disp. unic.* p. 14. n. 12. & *Diana p. 12. Tract.* 1. *refol.* 25. Rationem desumunt ex S. Pauli ad Hebr. *cap. 7. V. 7.* Verbis, *Minor majori benedictionem impetriri negquit*; nemo enim dare potest alteri, quod ipse, nec formaliter, neque virtualiter habet, *arg. I. Tractatio 20. ff. de Aquir.* rerum dominio; ideoque supremus Ecclesiæ Ordo, cuiusmodi est Episcopatus, ab alio concedi nequit, quam ab eo, qui in eo fuerit constitutus.

Xx 3 Alterum

339. Alterum &c, sicut difficultatis sic momenti maximi dubium est, an saltem ex ejus dispensatione commissionēque Apostolica consecratio peragi possit ab Episcopo uno. Non posse, cum Marco Ant. Genuens. *Prax. Neopolit.* cap. 70. n. 26. & alii non infimae notæ DD. existimat *cit. Palao* n. 13. Primo; quod Papa dispensare nequeat in Sacramentorum materia & forma, secundum Trid. *eff. 21. de Communione* cap. 2. Consecrationis autem materia sit impositio manuum, non unius tantum, sed plurium Episcoporum, ut desumitur, partim ex ipsa voce Consecrationis; *Consecrare enim est simil saecare*, can. *Pudenda* 24. q. 1. quod nonnisi à pluribus sit: partim verò ex *Epiſt. 1. ad Timoth.* cap. 4. v. 14. ubi habetur, Episcopos ordinando *cum Impositione manuum Presbyterii*: quod nomine ex communi DD. sensu Episcoporum, manus imponentium, actio significatur. Secundo, id defumit ex exemplo S. Jacobi, in primum Hierosolymorum Archiepiscopum Ordinati à tribus Apostolis, Petro, Jacobo & Joanne: à quibus hanc Episcopos ordinandi formam datam, testis est S. Anacletus *can. Porro* 2. *disf.* 66. relatus. Tertiò, ex *can. Choropiscopi* 5. *disf. 68.* ibi *Quod autem Episcopi non sint, qui minus quam à tribus ordinati sunt Episcopi, omnibus patet;* idèoque *Choropiscopi*, ab uno vel duabus tantum ordinati, neque nomen (quomodo officium?) Episcopi habere dicuntur. Quartò, ex Epistola Joannis Papæ III. ad Episcopos Germanie & Gallia *Tom. 2. Conciliorum* relata: cuius tenor est, *Omnia maxima Concilia affirman, eum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, Authoritate etiam Meropolitanus fuerit factus.*

340. Sed in re gravissima recedendum non est à communissima sententia DD. iis,

qui relatam Opinionem sustinent, 28 probabilem reputant, numerò & nomine multò potiorum: qui cum Bellarmino de *Notis Eccles.* lib. 4. cap. 4. Azor p. 2. *Instit.* lib. 2. cap. 30. q. 3. Cominic de *Sacrament.* *disp. 20. dub. 9.* Sanchez *Conf.* lib. 7. cap. 1. *dub. 15. n. 27.* Laiman *Lib. 5. Tract. 9. cap. 5. n. 1.* Diana p. 12. *tratt. 1. ref. 29.* & Barbosa de *Offic.* & *Potest. Epiſt. p. 1. Tit. 1. cap. 5. n. 5.* in *Episcoporum ternario à sede Apostolica dispensari posse*, indubitate defendunt: huāque haec doctrinā fundant Primo, in *can. 1. app. 1.* quod Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinari juberetur, indubitate dictiō, ternarium de *Ordinationis Episcopalis* essentia non esse. Idem habet Clemens Romanus *Lib. 3. Constitut.* cap. 20. Imò *Lib. 7. cap. 27.* clare supponit, in casu necessitatis ordinationem fieri posse ab uno; dum id non faciendum ait, nisi plurimum commissione. Secundo; qui ad nullius alterius *Sacramenti* validam collationem tres ministri requiruntur; ac proinde nec ad collationem *Ordinis Episcopalis*; cum de plurimum necessitate accipiteret ex *sacra Scriptura*; hac enim *de Episcopatuſ collatione loquēs*, unū tantum ministri meminit, *i. Timoth.* cap. 5. v. 21. *Manus citò non imposueris.* 2. *ad Timoth.* cap. 1. v. 6. *Refuscites gratiam, que tu data est per impositionem manum meum,* ad *Tit.* cap. 1. v. 5. *Constituit per civitates Presbyteros, id est, Episcopos,* ut explicat Leo 1. *Epiſt. 87. cap. 2.* neque ex textibus *Juris Positivi Ecclesiastici*; *ha* enim vel plurimum necessitatem nullam, vel tantum ex *præcepto Apostolico* ostendit, probant, & *ordinationem*, à pluribus factam, non pronuntiant invicem, ut paulo post ostendam: neque principiō aliquo *Theologicō*, praeterit cùm unus Episcopi potestas in collatione *Ordinis eadem qua alterius*, & satis pro-

babile sit, Consecrationem etiam, cum à pluribus peragitur, tamen perfici ab uno: quod non obscurè insinuari videtur à Concil. Carthaginensi, à cit. Diana relato, dum ait, Episcopi Consecrationem fieri duobus Episcopis tenentibus Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, unò super eum benedictionem fundente: à Pontificali Romano, in quo semper mentio fit Consecratoris, tanquam unus, reliqui verò duo vocantur assistentes: & ab Innocentio III. eodem modo loquente c. Unic. de Sacra unit. ibi, *Facientes caput ejus per Albanensem Episcopum, assistentibus ei duobus Episcopis, secundum diuinam morem Ecclesie, deliniri.* Tertius, in Praxi dispensationum, in Episcoporum ternario olim hodièque receptarum. In Germania certè nostra ejusmodi Consecrationes passim ab Episcopo uno, assistentibus duobus Abbatibus &c. & in India ab uno eoque solo Episcopo peraguntur: quò modò Episcopos conferantur: qui Chorepiscopi, in quos can. Chorepiscopi cit. Damasus Papa invehitur, non erant veri Episcopi, sicut alii ejusdem nominis, quorum meminit Concilium Antiochenum can. io. sed locummodo simplices sacerdotes, habentes facultatem conferendi Ordines minores: cuiusmodi eò tempore etiam fuit Ordo subdiaconatus. Qui cum non, ut veri Episcopi, à tribus: sed, contra monrem & præceptum Ecclesie, ab uno tantum Episcopo, ut ceteri sacerdotes, consecrati essent, meritò nec nōmen, neque officium Episcopi habere dicuntur, can. cit. Barb. in can. Quamvis 4. dispt. 68.

Quartum: quia elto, secundum Concilia Episcopus non sit, qui à duobus vel tantum ab uno, autoritate Metropolitani consecratur: talis tamen per Concilia esse potest, sic consecratus autoritate Papæ: cuius solius est in Canonibus Apostolicis dispensare.

Demum:

342. Neque aliud evincunt supra pro trium Episcoporum indispensabili necessitate allata. Primum: quia impositionem manū, à tribus Episcopis facta, non materia Consecrationis necessaria: sed ritus tantum illius accidentalis est. Quod sensu Episcopi Consecrari, hoc est, Simul sacari dicuntur can. Pudentia cit. Neque aliud suadet vox Presbyterium; haec enim, eti aliqui cœtum Episcoporum, alii tamen aliud: & S. Cyprianus quidem

344. Demum, Archi- & Episcopi Consecratio, ex Antiquissima Ecclesiae consuetudine & Apostolica traditione, peragenda est die Dominicō, *can. 1. can. Quod die 5. disp. 75.* quorum cann. arg. ut & propter reverentiam majorēmque solennitatem, eō die etiam Abbatum Benedictionem peragendam, existimat Panorm. *in e. Cūm sis 5. de Consecrat. Eccles. n. 2.*
345. alii tamen, et si id omnino convenientias esse non insufficiunt, eos alii diebus Festis benedici posse, cum Glossa in Clement. 2. V. *Benedicti de Statu Monach. Sylvestro V. Benedictio n. 4. Tuscho Pratic. V. Abbas conclus. 8. n. 10.* docent: partim, quod pro eorum Benedictione certus dies à Jure non sit definitus: partim vero, quod, sicut Dominicis, sic etiam quolibet alio die Feste licet conferantur Ordines minores, *c. De eo 3. de Temp. Ordinat. Imo:* quod, hujusmodi etiam dies Jure expressa non sit, istos quacunque die licite benedici, arbitratur Laimar *in supra cit. c. 1. n. 4.* Quod, sicut de Abbatibus admodum probabile, ita multò probabilius est de Abbatis; cùm istarum multò minor Benedictio sit, quam illorum; quia Benedictio Abbatum Ordines minores conferendi, moniales benedicendi, & hujusmodi plura alia faciendo confort potestatem, ut cum Glossa cit. advertit Tamburinus *cit. Tom. 1. disp. 22. n. 8.*
350. Nisi extraordinario casu.
351. Papam olim elegit Clerus, populo assentiente:
352. Dein, Imp. auctoritate variis serventiente.
353. Postea eum Cardinales,
354. Duarum partium suffragia, do- gerunt.
355. Hodie ab iisdem, in Conclavi,
356. Non extra hoc existentibus,
357. Per Scrutinium,
358. Vel hoc simul & Accessum,
359. Duabus partibus in unum con- ransibus:
360. Inde etiam per Inspirationem,
361. Vel Compromissum:
362. Non tamen suō suffragio eligi posse.
363. Ex patre eligi à majori taxa parte nequit per Scrutinium.
364. Eris huic accedit Compromissum:
365. Quod tamen solum id fieri possit.
366. Papa assumitur è sacro Collegio;
367. Eris extraneus esse possit.
368. Electus non confirmatur.
369. Consecratur tamen & coronatur.
370. A duabus parvibus electo obicitur, qui defectus Juris humani,
371. Non impediens substantiam au- bortatam electionis.
372. De istius nullitate judicat Con- luum:
373. A quo nova electio reddit ad di- dinales.
374. Nulliter electi acta validi-
375. Presertim, si sit acceptatio.

ARTICULUS XX.

De Electione Summi Pontificis.

SUMMARIUM.

346. Christus S. Petrum instituit.
347. Iste S. Clementem substituit,
348. Aut verius commendavit.
349. Substitutio Papa non permitta:

IN summi Pontificis creatione, licet Divinum opus eam omni tempore fuisse, pie credendum sit, non etiam forma observata semper fuisse, cùm SS. Canones ipsi ejus creandi modorum trium faciant mentionem, Institutionis, Substitutionis, Electionis.

Institutione solus B. Petrus à Christo, Sacerdotum & Pontificum supremo & invisibili Capite Ecclesiae, caput istius visibile Sacerdos & Pontifex in terris maximus, post gloriosam Resurrectionem constitutus est verbis, *Pase oves meas* Joan. cap. 21. v. 17. iuxta promissionem illam, *Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam &c.* &, *Tibi dabo claves regni caelorum &c.* Matth. cap. 16. v. 18. quâ promissione B. Petro inter Sacerdotes ac Pontifices Principatum, & Primum inter cæteras Ecclesiæ Romanæ, fundatum, SS. PP. confitans doctrina, & Fidelium sensus semper fuit, can. Enimvero 4. can. Ita Dominus 7. disp. 19. can. 1. Eccl. disp. 22. can. Considerandum 47. & can. Fidelior 48. disp. 50. c. Solita 6. de Majorit. & Obed. &c.

Substitutione, à B. Petro, martyrio imminentia, Romanæ & universalis Ecclesiæ Episcopatum, Fideique Cathedram S. Clementi traditam, defumia non paucis solet ex can. 1. eique subiecto s. Unde ipse, can. Clemens 8. q. 1. At metuo, ne à vero aberrent; cum D. Petri successores proximos fuisse SS. Linum & Cletum, iisque martyriò coronatis S. Clementum suffectum, cum S. Augustino Epist. 165. Epiphanius Hæresi 27. Irenæus Lib. 3. contra Hæres. cap. 3. & alii PP. ac scriptoribus Ecclesiasticis, multis rationibus comprobent Baronius ad Annos Christi 69. n. 38. & 93. n. 1. & Binnius Tom. 1. Concil. p. 1. in Notis ad vitam S. Lini: admittantque ipsa Ecclesia, dum in Misla Canone post S. Petrum refert Linum & Cletum ante S. Clementem.

348. Ne autem cum hac sententia pugnant can. cit. S. Clementem à B. Petro designatum potius, & Clero Populoque commendatum, quam sibi suffectum. Interpp. volunt, corumque non pauci cum Glossa in can. Si Petrus cit. V. Ligandis,

S. Clementem studiò demissionis: &, ne ex Apostolica designatione facta successio exempli perniciosa esset, illi renuntiâfajt: itaque factum, ut S. Petrus Linum & Cletum in Pontificatu successores proximos haberet, Barbosa in can. cit. n. 5. Accedit; quod, licet B. Petrus successorem sibi solus substitueret, ejus factum in consequentiam trahi non oportet; cum inspiratione motuque Divinò id fecisse, dicendum fore: sicut eodem impulso Judæ Proditori in Apostolatu S. Matthias suffectus est per sortes, in consequentiam nequaquam trahendas, hodièque ab Electionibus penitus remotas, c. fin. de Sotilegia, Glossa in can. Si transiit 10. V. Non posst disp. 79. & Gonzalez in c. 1. de Præbend. n. 10. Unde

Dubium & à DD. in diversâ abeuntibus multum agitata quæstio est, an summus Pontifex sibi in B. Petri sede successorem constituere possit. In quo extremè oppositas DD. Opiniones in concordiam reducere conantur Suarez disp. 20. de Fide s. 5. n. 16. & Amicus Theolog. Tom. 4. disp. 6. s. 6. n. 204. qui, licet summo Pontifici ejusmodi potestatem Ordinariam, cum sententiâ DD. frequenteri calculo approbatâ negent, calu tam extraordinariò, quod Ecclesiam urgenti maxima necessitatì ita occurri, sine notabilis incommodi periculo posse, præsideret, successoris substitutionem, præsertim accidente Cardinalium Collegii consensu, ei permittunt.

Rationem, cur eam potestatem ordinariè negent, reddunt. Primo, quod Papa & Episcopus quilibet ad Ecclesiam suam se habeat, sicut maritus ad uxorem; cùm inter ipsum & Ecclesiam spiritualis conjugii vinculum intercedat, c. Inter 2a Eccl. fin. de Translat. Episc. vir autem aliud sibi in conjugio, etiam post mortem, successorum constituere non possit: Y

cujus

cujus ulterior & sententia ratio Secundò est; quia successoris constitutio conferunt in tempus, quò antecessor eum sibi substituens Papa non erit, & successorem designare non potest; ac proinde, sicut hoc, huc è tempore, quò Papa non est, sic etiam ante & habili tempore gestum sive istius effectum, in tempus inhabile conferre, paria reputentur, *l. Statibus 39. ff. de Manumiss. ref. & l. Quod sponsa 4. C. de Donat. ante nupt.* Tertiò; quia, si id Papa Ordinarii posset, universalis Ecclesiæ status mutaretur, & Ecclesiæ ipsa confundetur; cum antiquissimam, ab Apostolico ad nostra usque tempora propagata, atque Ecclesiæ convenientissimam summos Ecclesiæ Antistites creandi ratione relictā, Pontificatus hereditaria transmissio, spirituali regimini maximè perniciosa, & semper exola, introduceretur.

350. Casu autem extraordinarii id Papam posse, desumunt ex *can. Si transitus 10. dist. 79.* ubi Damasus Papa ejusmodi aliquam potestatem aperte agnoscit. Rationem reddunt; quòd extraordinarium casum spectans ejusmodi potestas non aduersetur Juri Naturali aut Divino: Humanò autem Jure omni Papa superior si, & ex communi DD. sensu ea, quam à Christo accepit potestas, in iis, quæ publicum Ecclesiæ & animarum bonum concernunt, extendenda sit, quantum potest; ac proinde, sicut pro communi Ecclesiæ bono in successoris electione observandas leges ferre ac mutare: sicutiam ad imminentia Ecclesiæ pericula rerumque perturbationem avertendam successorem designare, extraordinariæ necessitatis casu posse, sit dicendum. Quod confirmatur; quia, licet leges merè Civiles extra territorium Ecclesiæ temporale se porrigit condendi & conditas abrogandi, uti & illegitimè natos ad success-

sionem hereditariam aliósque efficiat merè politicos, legitimandi potestatem, Papæ DD. communiter negent, utramque tamen potestatem ei adstruunt pro causis extraordinariis: quibus ejusmodi legis promulgationem abrogationem aut proliis legitimationem polceret publicum animarum vel Religionis bonum, juxta dicta *Tit. 2. n. 30.* & dicenda *lib. 4. Tit. 17. art. 3.* Cur non pari modo successorem sibi substituere posse, dicendum sit casu urgentis extraordinariæ necessitatis, et si id regulariter non possit?

Neque extraordinariæ hujusmodi potestati aduersantur argumenta alia contra Ordinariam; quia, si paritas cum marito non facit, quòd minus Papa Pausat, c. 1. de Renuntiat. in 6. & ex eius dispensatione Episcopus Ecclesiæ sua renuntiare, c. Nisi cum pridem 10. éadem Rubricâ: imò unus Episcopus duas Ecclesiæ, *can. Relatio 7. q. 1.* atque una Ecclesia duos Episcopos habere posse, *can.* Nec autem 7. q. 1. etiam & multò minù obstat extraordinaria Substitutione successoris. Neque refert; quòd ita conferatur in tempus mortis, quòd substituens Papa futurus non est; cùm enim humanæ legis beneficij substitutio hæreditis, collata in tempus, quòd instituens bonorum dominus futurus non est, *l. 1. ff. de Testamento.* extraordinariò saltem casu subsistere valebit in motu tempus collata Substitutione successoris.

Neque eidem obstat factum Bonifacii VIII. decretum, quòd successorem ordinárat, in Synodo tanquam irritum comburentis, & relatio Confessorialis p. IV. successoris Nominationem Papa non permisam, declarantis apud Dianam p. 10. *Tract. 5. resol. 4.* quia, ut hic auctor §. Hū tamen advertit, de iis authentice non constat: & si constaret, iis ordinariis, non de urgentis maxima necessitate

tatis extraordinariò casu, memorati summi Ecclesiæ Antitites egisse, videri posunt.

351. Electione D. Petro posteriores summi Pontifices creati omnes sunt: at non semper ab iisdem, & eodem modò celebrata; nam à Lino usque ad Schisma, Damasi tempore exortum, ea fuit penes Clerum & Populum; ut illi Clericorum suffragiis, Populi consensu accedente, renuntiarentur. *S. Cyprianus Lib. 4. Epist. 2.* A Damaso, qui anno Christi 363, sedere cœpit, usque ad annum 684, & Benedictum II. eorum Electionibus Imp. authoritas varie intercessit: & aliquando se interposuit Romanæ urbis Prefectus, ut de Baſilio, eis aliisque negotiis Ecclesiasticis se ingerere aſo, *can. 1. diſt. 60. &c. Ecclesia 10. de Constitut. refertur.* Sub laudato Benedicto eos eligendi potestas ad Clerum & Populum est reversa, *S. Electiones post can. Cum longè 25. can. Clerici 26. &c. diſt. 63.*

352. Mutatò dein, & ex Oriente in Occidentem translatò Imperiò, eam Carolo M. ab Adriano concessam, *can. Adrianus 22. diſt. cit. & Ludovicus Caroli filii renuntiatione iisdem restitutam, can. Ego Ludovicus 30. iterumque Otthoni I. a Leone VIII. permisam, can. In Synodo 22. diſt. cit. affirmant satis multi Scriptores can. cit. textibus permoti: quos alii pro commentitiis, & à Sigeberto scriptore Schismatico conflictis habent: iisque, sicut alios incautos, sic etiam Gratianum eos in Decretum referentem deceptum, validis argumentis latè ostendunt Baroni ad annos Christi 774. n. 10. & 964. n. 22. Bellarminus in *Apolog. contra Reg. Anglia cap. 5. Suarez contra eundem cap. 29. Gretcherus, Electoralis nostra Universitatis insignis decus. Apolog pro Barone cap. 1. & 2. Cabassutius in Notitia Concil. Lugdunensis &c.* Sed, verum fal-*

sumve Sigebertus scripsit, & ex eo referat Gratianus, Carolo & Orthoni MM. ab Adriano & Leone indulis privilegiis Papæ Canonica elec̄tio non sublata: sed ea, quæ cleri suffragiis celebrata fuit, Carolo & aliis Imp. præsentabatur; ut, eorum consensu & approbatione roborata, conquereretur firmatam: quō sensu Romanos Pontifices eligendi, verbō hōc latius acceptō, jus penes Imp. aliquando fuisse, neque ab eorum arbitrio solo dependisse, arg. *§. Electiones cit. &c. Cum terra 14. in fine præter alios advertunt Azor p. 2. Instit. lib. 4. cap. 2. q. 3. & Barbos. Jur. Eccles. lib. 1. cap. 1. n. 54. uterque in fine.*

Poftea, cūm à Gregorii VII. anno Christi 1073, creati tempore à clero præactæ Electiones non amplius referentur ad Imp., & circa præstationem consensu Populi invalescenter feditones ac tumultus, à Nicolao II. statutum est, ut summi Pontifices in posterum S. R. E. Cardinalium, Episcoporum primū, dein aliorum suffragiis eligerentur: & tum demum reliquus clerus & populus ad eam comprobandam accederet, *can. 1. V. Quapropter diſt. 23. ubi Barbosa n. 2.*

Denum, cūm improba ambitionis audaciæ scissuras excitante, electiones turbulentæ esse non desinerent, Pontificem creandi potestas solis Cardinalibus in Concilio Lateranensi, *c. Licet vitanda 6.* relatò, stabilita sanctiūque est; ut, si inter eos de summo Pontifice substituendo plena concordia esse non possit, pro legitimo D. Petri successore absque ulla exceptione habetur, qui à duabus eorum partibus esset electus & receptus. A minori autem numerō electus, si eō confisus pro Papa se gereret, cum oranibus ei adhaerentibus excommunicationi subjaceret, & sacri Ordinis privatione aliisque penis mulctaretur. *Duas aurem suffragio.*

Yy 2

suffragiorum partes requirendi ratio fuit; quod, cum in terris nec sit, nec Jure esse possit superior, à quo Papæ electio confirmetur: & propterea electus, ipsa suæ electionis acceptatione D. Petri successor & Vicarius Christi evadat, qui ei exceptio valeat opponi, æquissimum fit; ut tanquam summi momenti negotium majori, quam Prælatorum electiones aliae: & si plenâ concordia non posset, duarum salem partium in unum conspirantium suffragiis celebretur. Quâ utique maximâ ratione fundata. *Alexandri III. Constitutio ab ejus successorib⁹ Gregorio X. in Concilio Lugdunensi c. Ubi periculum 3. in 6. & Clemente V. in Vienne, Clement. Ne Romani 2. relatis: & post hos à Clemente VII. Confit. quæ incipit Cum Carissim⁹ 26. Octob. 1529. Paulo IV. Confit. Cum secundum 1554. Pio IV. Confit. In eligendis 5. Calend. Febr. 1552. Gregorio XV. Confit. Aeterni 17. Calend. Decemb. & Confit. Decet 4. Id. Martii 1621. & Urbani VIII. Confit. Ad Romanum 5. Calend. Febr. 1625. publicatis, non solum confirmata: sed variis iisque saluberrimis ordinationibus & cautelis est aucta.*

355. Hodie ergo Elecio Papæ à S. R. E. Cardinalibus solis celebratur in Conclavi, sive ad eam destinata Palatii Apostolici parte: quod die à novendialibus exequis defuncto Papæ in Vaticana Basiliça persolutis proximâ, celebratâ in eadem Basiliça Missâ de S. Spiritu, in Urbe praesentes, & justè non impediti omnes ingrediuntur.

356. Ab Urbe absentes, licet, quod sedis Apostolicae vacationem universo orbi, quâ potest, maximâ celeritate innotescere, extra dubium sit, solenni citatione ad electionem non convocentur: & votum suum per literas, aut per procuratorem proferre non permittantur; quod iis, ex

quacunque causa, extra Conclave, etiam in Urbe, existentibus, suffragium non competit: quandocunque tamen, electione adhuc integrâ, ad Urbem accedes ipsi & infirmitate in Urbe detinet, impedimento cessante, ad Conclave admittuntur.

Intra Conclave tamen existentes, si infirmitate impediti ad capellam, in qua Scrutinia celebrantur, venire non possint, vota sua proferre permittuntur: non quidem per procuratorem, sed per schedulas conjectas in quandam arculam clavam: quæ ante Scrutinium per tres Cardinales singulis diebus forte deputatos i Capella altari ablata ad eos deterunt, & cum schedulis, in eam per foramen conjectis, relata depositur in eodem Altari: ubi ex ea, publicè aperta, extra votorum schedulæ in calicem, recipienda praesentium votis destinatum mittuntur, iuxta formam, cit. Gregorii XV. & Urbani VIII. Constitutionib⁹ præscripcta & Electionis Ceremoniali confit. Declaratam, Barbofa Jur. Ecclif. lib. I. cap. I. à n. 105. & Eminentiss. de Luca Relationis Curia Romana disc. 3. d. m. 7.

Conjectis in calicem omnium in 33 Conclavi praesentium schedulæ à tribus Cardinalibus scrutatoribus, ante quodlibet Scrutinium forte designatis, fit sortatio, scrutini publicatio & numeratio suffragiorum. Quâ jam facta, si duae tertiaræ tantum partes in unum convergent, aperitur electi schedula: ex qua, si suffragium ab eo sibi datum apparet, & electio propter unius suffragiū determinata nullum: si vero id ab eo in aliud collatum constet, ut etiam, si publicato scrutini in unum plus quam duarum partium suffragia collata appareat, Elecio Cononica erit.

Si duas partes in unum non convergent, Cardinales per accessum ad alterum in quo-

in quolibet scrutinio semel concessum, duarum partium numerum completere possunt; ut novum scrutinium, sicut in aliorum Praetororum electionibus, inchoare non sit necesse, ut ex c. *Licet cit. verbis, Nisi major concordia intercesserit*, defumit Panormit, ibi n. 8. *V. Speciali q. & ex cit. Constat. Gregorianis Barbola in c. cit. n. 9.* Quod accessu, ut suffragiorum numerum ad duas tertias partes complendas augere etiam infirmi possint, ad eorum singulos folium, in quo nomina Cardinalium, & in eos collatorum votorum numerus est notatus, una cum alia schedula pro accessu parata per priores tres Cardinales desertur cum eadem arcula, & in hanc ab infirmo conjecta accessu, alicui aut nemini facta, schedula refertur.

³¹⁹ Accessu ita peracto à Cardinalibus scrutatoribus numerantur & in summam rediguntur vota, quæ quilibet nominatus in scrutinio solo, & in eo simul & accessu habet: & si nullus ad duas tertias partes pervenerit, istò scrutinio & accessu Papa non habetur. Si verò unus tantum duas tertias partes aut plura suffragia obtinuerit, idem quod in scrutinio ante accessum observatur. Si demò duas tertias partes aut plura suffragia obtinerint plures, in eorum paritate nullus: in imparitate, ille canonice electus erit, qui suffragiorum numerò alium superabit, per cit. *Constitut. Eterni* à §. 10. *& Decet §. Quintus.*

Potius Scrutinii, aut ejus & Accessus adus peractos, five electio secuta aut fecus sit, à tribus Cardinalibus pariter forte deputatis schedulas omnes, sigillò tamen intactò recognoscuntur, ut constet, an scrutatores sincerè & fideliter muneri suo satisfecerint: eaque recognitione peracta statim & palam comburuntur, ut ibidem habetur. Ex quibus

Dubium oritur primum, an Papa so-

360.

lo scrutinio, aut eò simul & accessu eligi possit. Et si hac frequentiori usu tria eligendi via sit, antiquò tamen & modernò etiam Jure, reliquis duabus, &c. *Quia proper 24. approbatis viis Ecclesiæ de sumo Antistite provideri potest.* Viā quidem Inspirationis non tantum vera, quā ille Divina revelatione designetur, ut de S. Fabiano, columba è sublimi delapsæ ejusque tergo insidentis indicio electo, perhibent Eusebius *Lib. 6. Histor. cap. 22.* & Baronius *ad annum Christi 238. 6.* *Quod autem sed etiam quasi-Inspirationis, quā Cardinalibus omnibus in Conclavi praesentibus, nullò de persona tractatu præcedente, unus certū quandam Cardinalem eligendum, & à se nunc elegi affereret: & hunc statim secuti certi omnes per verbum, Eligio, intelligibili voce prolatum, sumum Pontificem*

361.

proclaimarent. Compromissi etiam viā, quā ob discordiam iidem omnes & singuli unanimer aliquibus, vg. tribus ex sacro Collegio eligendi potestatem committerent, vel absolutè: vel, ut expedit, certò modò & formâ præscriptâ, vg. ut personam de sacro Collegio, vel extrancam, in quam omnes tres vel ipsorum duo consenserint, vel etiam intra certum tempus, elegant: & promitterent, se pro summo Pontifice habituros eum, qui à compromissariis secundum formam ipsis præscriptam fuerit electus. Quæ via utraque expresse approbata est à Gregorio XV. cit. *Constat. Decet. eaque clauso Ceremoniali.*

Sicut autem in Scrutinio, sic etiam 362. in Compromesso suò suffragiò eligi nemo potest. Unde, licet in aliis electionibus, cùm in tres compromissum est, ut eligant eum, in quem omnes vel duo consenserint, compromissariorum unus nominatus ab alio, istius voto accedere

Y 3 & sui

& sui electionem corroborare valeat, per e. *Cum in Jure* 33. & dicta supran. 205. hujusmodi tamen accessus & corroboratio locum non habet, cum per viam Compromissi eligendus est Papa; cum, sicut in scrutinio solo, vel in eo & accessu, sic etiam in compromisso seipsum eligentis votum irritatum sit cit. *Confit.* *Eterni* §. 205. Ex eo tamen solo, quod suffragium ab electo in seipsum collatum sit, electio irrita non evadit: dummodo in ipsum ab aliis collata suffragia duas tertias partes, rejecto ipsius electi voto, constituant. Unde etiam casu, quod in unum collata suffragia duas tertias partes excedunt, electi schedulam non aperiri: &, an suò etiam suffragio electus sit, non inspici, de *Luca* cit. *disc.* 3. n. 20. observat.

363. Dubium secundò est, an Cardinales in conclavi præsentes, convenire unanimi consensu possint, ut valeat Electio, per viam Scrutinii celebrata suffragiis partis sacri Collegii congregati majoris. Pro ejus enim valore facit quod eligendi potestatem committere valeant ejus Collegii parti majori, arg. e. *Cum dilectiu* 32. Cur non etiam, ut legitimè electus habeatur is, in quem suffragia à majori parte collata appetat? quia ex tali conventione ab ista electus perinde habetur, ut qui plenà concordiâ five omnium suffragiis est electus, sicut ille, qui electus est à majori parte, imò à paucioribus aut uno tantum, in quem eligendi potestas à toto capitulo seu Collegio est collata. c. cit. e. *Canfam* 8. & e. *Cum in causis* 30. Ita in e. *Licet* cit. cum Compostell. n. 6. Holsiensis V. Quid ergo Joan. Andr. n. 14. & Ant. de Butrio n. 25. Sed verius talem electionem pro nulla habet Fagnanus in e. cit. n. 56. quod aperte adverteret cit. *Constitut.* Gregorii XV. &c. disertè annullantibus electio-

nem Papæ, per Scrutinium aliter, quam duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium suffragiis celebratam: cui tanquam Juri publico, in favorem totius Ecclesie introducto, privatis Cardinalium pactionibus nequit remittari, arg. e. *Si diligenter* 12. de *Foro Campi*. & l. *Jus publicum* 38. ff. de *Patru*, multò minus id abrogare vel immutare: cum explorari Juris sit, legem & obligationem introductam à superiori, præfertum à Papa, inferiorum, etiam inde vacante Cardinalium, ordinationibus non posse relaxari, e. *Cum inferior* 16. de *Majorit.* & *Clement.* Ne *Romanii* 2. ill.

Neque contrarium probat res dubitandi; quia texus, quibus ea unicè innititur, non agunt de Scrutinio, sed de Compromisso: cuius non eandem, quæ illius, rationem esse, præter supra tradita §. 9. & 10. planum reddet resolutio.

Dubitationis tercia, an à Sacro Collegio in tres vg. compromitti eò formam possit, ut in summum Pontificem elegi- eum, in quem Cardinalium in Conclavi præsentium major pars vota sua est colatura. Quo modo factum Compromisum, ex eoque secutam electionem jure subsistere, allata pro dubio precedente & multum urgens: contra illud & haec non subsistere, non minoris ponderis & fatis clara ratio evincere videtur; quia ad Pontificiæ Electionis valorem cit. *Constitut.* §. 19. cit. requiruntur secreta scholularum suffragia, duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi præsentium: quod, cum in electione, secundum Compromisso ita facti formam celebratā, non obseretur, tale compromisum, ex eoque secuta electio valore destituerit. Cui rationi non modice cam vim confert celebris decisio, e. *Si cui* 23. in 6. ubi à Bonifacio VIII. immo-

declarat-

declaratur electio celebrata suffragiis partis majoris, non respectu totius Capituli, sed respectu aliarum partium minorum: quantumvis à Capitulo eā formā compromissum sit, ut compromissarius *Sacerdotē & singillatim votis singularium exquisitiū illum eligat, in quem plures de Capitulo, etiam partium comparatione minorum consenserint: cuius nullitatē ratio redditur;* quod prater formas ab Innocentio III. e. *Quia proper cit. relatō statuta sit attentata.* Quæ, cùm apertè militet contra electionem ex eo, de quo agimus, compromisso secutam; quia etiam ista contra formam *cit. Constit. Gregoriana* §. 19. prescriptam celebrata est, ita factum Compromissum, ex eoque sequuta electio invalida erit.

In utramque partem militantibus his rationibus aliquid dandum: &, ne multa vi eneruentur, diversis compromittendi modis, & secundum hos celebratis electionibus sunt applicanda.

Unus est, quō sacrum Collegium in aliquos compromittit hāc formā, *Ute votis singularium per secreta schedularum suffragia exquisitiis, eligant eum, in quem Collegii partem maiorem consensisse appaverit.* Quomodo initum compromissum & secundum ejus formam factam electionem ejus, in quem major pars consenserit, post Constitutionem Gregorianam valore destitui, probat dubitandi posterior, & pro præcedenti resolutione allata ratio evincit; quia hujusmodi Compromissum includit forma eligendi per Scrutinium: per cuius viam, ut Papæ electio valeat, duarum ex tribus partibus Cardinalium & secreta schedularum suffragia requiruntur, §. 19. cit. quod confirmat decisio, e. *Si cui cit. hac enim electio à compromissariis per suffragia, respectu aliarum duntaxat partium majora celebrata, idcirco pro irrita habe-*

tur; quod Compromissō p̄scriptā fuit forma Scrutinii, majoris partis secreta suffragia exigentis. *Quia proper cit.* Cū ergo id, de quo agimus sacri Collegii Compromissum etiam præscribat formam Scrutinii, exigentis per schedulas expreflorum suffragiorum partes duas, §. 19. cit. electio, in quam Cardinalium in conclavi p̄sentium pars tantum major ita consenserit, Jure non subsistet, Fagnanus cit. n. 56. & Pirrhing hic n. 438.

Alterò compromittendi modō idem

365.

Collegium in aliquos Cardinales ita compromittit, *Ute eligant eum, in quem pars major liberè (Scrutinii formā non p̄scriptā) consenserit.* Quo modo facili compromissi & juxta ejus formam se- cutæ electionis valorem probat pro præcedenti dubitacione allata unica ratio:

qua ulterius firmatur; quia hujusmodi compromissum & secundum ejus formam facta electio Papæ non rejicitur *Constitutio Gregoriana*, cùm ista Compromisso, quō summi Pontificis electio aliquibus committitur, certam formam non præscribat: sed solummodo caveat; ne, quod in inferiorum Prælatorum electionibus permisum est, e. *Cum in Jure cit. compromissariorum aliquis suffragio suō eligatur.* Jure autem antiquo in inferiorum prælatorum electionibus approbatur, e. *In causis 30. & e. Cum dilectus 32.* & propterea cùm de electione Papæ per viam Compromissi quoad formam, speciale aliquid statutum non sit, sicut in ceteris, sit etiam in Papæ electionibus compromitti ita poterit, ut à Cardinalibus, quibus eum eligendi protestas commissa est, juxta ejus formam electus perinde, ut à toto Collegio electus, habeatur, juxta cc. cit. Azor p. 2. *Instit. lib. 4. cap. 2. q. 10.* Fagnanus in e. *Licet cit. n. 57. & Pirrhing cit. n. 438.*

Dubium


366. Dubium quartò est de persona elegenda. Quam è Cardinalium Collegio assumentam, vulgo persuasit trium fæculorum observantia: & Jus etiam, saltem si Collegium illud ad universalis Ecclesie regimen idoneos habeat, *can. 1.* ibi, *Eligatur de Ecclesia (Romane) gremio, si reperiatur idoneus, disf. 23. can. Oportet 3. & can. Nullus 4. disf. 79.* Sed antiquissimo huic recentiori Jure derogatum, & c. *Licet cit.* decisum est, à duabus partibus Cardinalium electo nullam exceptionem; ac proin neque, quod de Collegio illo non sit, opponi posse.
367. Quin secundum Electionis Ceremoniale, *Constit. Decet. cit.* relatum, compromitti ea formâ potest, ut aliquis de Collegio vel extra Collegium eligatur. Neque in contrarium facit observantia; quia perpetua non est, cum post *cann. citt. Eugenii III.* ex Abbatे simplici, *Gregorii X.* ex Archidicono, *Celestini V.* nullò adhuc Ordine sacrô initiatum ex eremo, *Urbanum VI.* ex Archiepiscopo Barensi ad D. Petri Cathedram enectos, constet & referant Barbosa *Lsb. 1. Jur. Eccles. cap. 1. n. 77.* & de Luca *cit. Relat. disf. 3. n. 21.* Quare non solum casu, quôd in sacro Collegio idoneum desiderari contingere, juxta *can. 1. cit.* sed etiam, cum idoneos multos offert, extraneum, quem illis praestare judicarent, eligentibus nihil obstaret.
368. Dubium quinto est, an à Cardinalibus legitime electus verus summus Pontifex evadat solâ electione. Ratio dubitandi est; quod talis non indiget Confirmatione: imò huic locus non sit, propter defectum superioris, à quo electo ea conferatur, c. *Licet cit.* Sed, etsi hoc ita sit: atque infuper Cardinales penitentiâ duci ab electione, semel legitimè peracta, recedere & ad novam procedere non valeant, electi tamen consentium seu acceptationem accedere est necesse, ut verus summus Pontifex sit & per electionem inchoatum inter ipsum & Ecclesiam spirituale conjugiū ratificetur, *Bonacina de Elec. Papa 2. pr. n. 9.* & *Barbosa cit. cap. 1. n. 112.* Electione autem acceptata plenam administrationem, *Glosa fin. c. cit.* à Deo immediate collatam habet, secundum *can. 1. disf. 23.* & illud Innocentii III. *Potestas nostra non est ex homine, sed à Deo, c. Novit. 13. de Judicio.* Consecratio tamen accedere debet, ut spirituale illud congium perficiatur, & electus ea etiam, quæ sunt Ordinis Episcopalis, valeat exercere, *Sylvester V. Consecratio 1. n. 2.* & aliis relatibus idem Barbosa *n. 112.* Unde etiam Papa ante Consecrationem & Coronationem in Bullis se *Episcopum non absolute, sed electum appellat.* & tempus, quod inter utramque & electionem intercedit, non *Apostolatus suis*; sed *scepti Apostolatus officii vocat*, *Glossa Reg. Juris in 6. super Data V. Pontificia & Laiman in c. Licet cit. n. 7.*
- Dubium sexto est, an summi Pontificis electio valeat impugnari, Rati dubitandi nascitur ex textibus in specie contrariais, c. *Licet cit. & can. Si Papa 6. disf. 40.* quorum prior à duabus partibus electus *Abique ulla exceptione pro Romano Pontifice habendum: posteriori iudicio humano obnoxius dicitur, si apprehendatur à fide devius, five lapsus in hæresin: quæ, cum Papatum admittit, excipiendo opponi poterit, non duarum duntaxat partium, sed omnium sufficiunt electo, arg. Reg. Invitus 156. §. 1. ff. & Reg. Qui ad agendum 71. in h. Nodus hic solvendus & textus conciliandi sunt auxiliò distinctionis; etsi enim duabus partibus electo excommunicationis ab ipso aut eligentibus contradictionis ab natalium, Ordinis faci, clericatis, significare.*

& significationis defectu, aut ex homicidio
aliòve simili criminis deprompta exce-
371. piones opponi, c. *Licet cit.* non per-
mittantur: obiici tamè ei valens im-
primis defectus Jure Naturali aut Divinò
eum ad Papatum reddentes inhabilem,
vg. quòd infans, amens, femina vel non-
dui baptizatus aut Hæreticus sit, can.
Si Papa cit. quia talis impedimenta &
defectus tolli & suppleri nequeunt Jure
humanò. Deinde exceptiones, electionis
substantiam vel libertatem impeditentia,
vg. quòd electio paucorum, quàm duarum
partium, vel laicorum aut etiam
clericorum non-Cardinalium, ac proin-
de eligendi potestate notoriè parentium,
suffragiis celebrata: vel gravi & ad ejus
personam eligendam iniuste inculso me-
tu extorta, vel Simoniaca sit, per can.
Si quia pecunia g. dist. 70. Constat. Julii
II. quæ incipit *Cum tam Divino*, editam
in Concil. Lateran. *Seff. 5.* & Concil.
Constantiens. *Seff. 39.* Panormit. in c.
Licet cit. n. 3. & Fagnan. in t. cit. n. 20.
Neque obstat; quòd metu extor-
tam & Simoniacam summi Pontificis elec-
tionem non irritet Jus Naturale aut Di-
vinum: humanò autem Jure quoconque,
& Conciliarì etiam atque Apostolica
Constitutione proditæ poenæ & nullita-
tes sumum Pontificem non ligent; cùm
Anecessoribus suis parentem potestatem
hebat & Conciliis majorem, c. *Signifi-
casi 4.* par autem in parentem imperium
non habeat, c. *Innotuit 20.* & multò
minus inferior in superiore, c. *Cum in-
ferior 16.* de Majorit. & Obed. Non,
inqvam, hoc obstat; quia, licet à Con-
ciliis & ipsis summis Pontificibus ante-
cessoribus leges ponit non possint succe-
soribus, vere & legitimè electis: præ-
scribi tamen ab iis potuit forma & con-
ditiones necessariò observanda in Elec-
tione; ut istà verus ac legitimus Pon-
tífex evadat, Azor cit. q. 7. §. 15 certè
Laiman in c. *Licet cit. n. 4.* Unde
Dubium oritur septimò, an, si Pa- 372.
pam ex quacunque causâ invalidè electum
advertant Cardinales, ad alterius novam
electionem procedere valeant. Posse ca-
su, quòd, sicut deberet electus, Papa-
tui & electioni suæ renuntiaret, nemo
est, qui inficias eam. Casu autem, quòd
ita electus, ut Papam se gereret, prius-
quam novæ electionis negotium aggre-
diantur, Concilii Generalis de elec-
tione nullitate pronuntiantis, sententiam
expectandam, Azor cit. q. 7. §. Si de-
mam & Laiman cit. n. 3. desumunt ex
Concil. Constant. *Seff. cit.* Ubi id de
cau, quòd electio metu extorta est, in
terminis habetur. Nullitatē tamen de- 373.
claration facta novi Pontificis electio,
non ad istius PP. sed ad Collegium Car-
dinalium pertinet; cùm huic illius eli-
gendi potestas Generalibus Conciliis ap-
probantibus, c. *Licet & l. ubi periculum
cit. concessa & firmata, non sit aufe-
renda, nisi ex causa gravis necessitatis:*
quæ tali casu non urget. Ungeret au-
tem, si propter facti istius Collegii PP.
discordiam Schisma metuendum, vel tol-
lendum esset, quod, illis in diversa abe-
untibus & Ecclesiæ pacem perturbanti-
bus, est ortum, ut cum Albano de Car-
dinal. q. 3. Azor cit. lib. 4. cap. 2. q. 13.
§. Ceterum Laiman in c. *Licet cit. n. 5.*
& alius tradit Barbosa cit. cap. 1. n. 76.
Dubium octavò est, an fallibiles de- 374.
finitiones: & haec aliaque acta Pontifi-
cis, ob aliquem Divini aut Humani Ju-
ris defectum nulliter electi, irrita sint.
Plurimum interest, an ejusmodi defec-
tus notorius sit, vel occultus; cùm,
si notorius & publicus sit, pro Christi
Vicario & B. Petri Successore ab Eccle-
sia recipiendus, ejusque acta pro Apo-
stolicis habenda non sint. Si vero sit oc-
cultus,

cultus, Divina providentia, quæ in necessariis non deficit, permisura non sit, ut controversam quæstionem ex Cathedra definiendō Ecclesiæ pro Fidei dogmate errorem proponat. Eādem aut Ecclesiâ jurisdictionis defectum supplente cetera ejus acta subsistunt non minùs, quam propter necessitatem aut utilitatem publicam, Ecclesiâ vel Republicâ ejusdem defectum supplente, subsistunt sententiae ceteraque acta iudicis, errore publico existimati, per textus aut arg. l. Barbius 3. ff. de Offic. Præt. §. Verumamen post can. Infamis 3. q. 7. & tradenda lib. 2. Tit. 1. a. n. 62. Accedit; quod imprimis ex aliquibus, humano tantum Jure requisita conditionis defectu invalida ejus electio, ipsa universalis Ecclesiæ acceptatione convalefcat, ex mente Eminens. Pallavicini de Fide cap. 7. n. 104. & Haunoldi Theolog lib. 3. Tract. 1. n. 164. ubi uterque distinguit inter summi Pon-

375.

tificis duplē electionem. Unam p̄actam à Cardinalibus: alteram à tota Ecclesiâ, ab illis electum acceptante, eum tanquam Christi in terris Vicarium & B. Petri Successorem honorante, & in electione Cardinalium interveniente defectus supplente. Deinde; quod ex communi T.T. præsertim modernorum sententia fide Divina credibile sit, quemlibet summum Pontificem, postquam à tota Ecclesia acceptatus est, verum Christi Vicarium & B. Petri Successorem esse, ac proinde providentia Divina permisura non sit; ut, qui Naturalis aut Domini Juris impedimento laborat, in eum eligatur, aut saltem electus à tota Ecclesia acceptetur, ut solidi ostendunt & SS. PP. Conciliorumque authoritate firmiter Suarez de Fide disp. 10. f. 5. à n. 1. Palao Tract. 4. disp. 1. p. 5. §. 2. à n. 4. citr. Pallavicinus n. 141. & Haunoldi à n. 157.



TITVLVS VII.

De Translatione Episcopi.

SUMMARIUM.

1. Definizio Translationis:
2. Quā ad maiorem facilius,
3. Quā ad inferiorem aut parem Ecclesiā,
4. Ex necessitatibus vel utilitatibus causa,
5. Et Papæ autoritate interveniente,
6. Episcopus confirmatus:
7. Non obstante vinculo conjugii spiritus natus,

8. Pralati Episcopo subjetti, iussi;
9. Exempti Apololica autoritate transferuntur.
10. Invitò Episcopò conjugii spirituali vinculum solvi:
11. Non etiam contrabiri potest.
12. Inferiorum dignitatū una alterius affectione:
13. Episcopatus ante banc vacat.

Tertia ad Pralaturas Ecclesiasticas via est Translatio, quæ Metropoli-